
MANVA
SACERD



MANVALE SACERDOTVM AD VSVM INSIGNIS ECCLESIÆ ET DIOECESIS ATREBATENSIS RATIONEM ET modum administrandi Sacramenta Ecclesiastica continens:

OMNIBVS CVRATIS, VICARIIS, cæterisque viris Ecclesiasticis, quibus incumbit animarum Cura, vtile ac necessarium.

AVTORITATE REVERENDISSIMI in Christo Patris ac D. D. MATTHÆI MOVLLARTII Episcopi Atrebatensis recognitum.

VIDE MINISTERIVM QVOD *accepisti in Domino, vt illud impleas.* Coloss. 4.

41 Ex Libris Sanctae Genovefae Paris.





ATREBATI,
EX TYPOGRAPHIA GVLLIELMI RIVERII, Typographi Iurati.
M. D. C.

INCIPIT ORDO AD FACIENDVM AQVAM BENEDICTAM SECVNDVM VSVM

venerabilis Ecclesię Atrebatensis. Quę fit qualibet die, Dominica præterquam in die Paschæ & Pente, Et fit primò, benedictio salis, dicendo.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.

Resp. Qui fecit cœlum & terram.

Exorcismus salis.



Xorcizo te creatura salis per deum ✠ viuum, per deum ✠ verum, per deum ✠ sanctum, per deum qui te per Eliseum prophetam in aquam mitti iussit, vt sanaretur sterilitas aquę, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: vt sis omnibus te sumentibus sanitas animę & corporis, & effugiat atque discedat ab eo loco quo aspersum fueris, omnis phantasia & nequitia vel versutia diabolicę fraudis: omnisque spiritus immundus adiuratus. Per eum qui venturus est iudicare viuos & mortuos & seculum per ignem. Amen. Sequitur oratio absque, Oremus.

IMmensam clementiam tuam omnipotens æterne deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis quam in vsum generis humani tribuisti: bene ✠ dicere, & sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritualis nequitiæ. Per virtutem eiusdem domini no-

ni noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Amen.

Exorciſmus aquæ ſine. Oremus.

EXorcizo te creatura aquæ in nomine Dei ✠ Patris omnipotentis,& in nomine ✠ Ieſu Chriſti filij eius domini noſtri, & in virtute Spiritus ✠ Sancti: vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare & explantare valeas cum angelis ſuis apoſtaticis. Per virtutem eiuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti qui venturus eſt iudicare viuos. &c. Oremus.


DEus qui ad ſalutem humani generis maxima quęque ſacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti: adeſto propitius inuocationibus noſtris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ bene✠dictionis infunde: vt creatura tua myſterijs tuis tibi ſeruiens ad abijciendos dæmones, morboſque pellendos, diuinæ gratiæ tuæ ſumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fidelium hęc vnda reſperſerit, careat omni immunditia, liberetur à noxa: non illic reſideat ſpiritus peſtilens, non aura corrumpens. Diſcedant omnes inſidię latentis inimici, & ſi quid eſt quod aut incolumitati habitãtium inuidet aut quieti, aſperſione huius aquæ effugiat: vt ſalubritas per inuocationem ſancti tui nominis expetita, ab omnibus ſit impugnationibus defenſa. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Hic mittat ſacerdos ſal in aquam in modum crucis dicendo ſubmiſſa voce. Commixtio ſalis & aquę pariter fiat. In nomine Patris ✠ & Filij & Spiritus ſancti. Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus inuictæ virtutis author: & inſuperabilis imperij rex ac ſemper magnificus triumphator, qui aduerſæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis ſæuitiam ſuperas, qui hoſtiles nequitias potens expugnas: te domine trementes & ſupplices deprecamur ac petimus vt hanc creaturam ſalis & aquæ dignanter aſpicias, benignus illuſtres, pietatis tuæ more ſancti ✠ fices: vt vbicumque fuerit aſperſa per inuocationem tui ſancti nominis, omnis infeſtatio immundi ſpiritus abijciatur: terrorque venenoſi ſerpentis procul pellatur, & præſentia ſancti Spiritus nobis miſericordiam tuam poſcentibus vbique adeſſe dignetur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate eiuſdem Spiritus ſancti Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Deinde aſpergatur aqua benedicta cantando antiphonam ſequentem. Et dicitur dominicis ſimplicibus & feſtis nouem lectionum in eis occurrentibus Antiphona.




Sper ges me domine hyſſopo & munda-




bor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Verſus.



Miſerere mei Deus: ſecundum magnam miſericor-



diam tuam. Asperges me. Versus. Et secundum mul-



titudinem miserationum tuarum. Euouae. Asperges



me. Gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Euouae.

Asperges. Dominicis diebus quando euenit festum duplex cantatur hæc Antiphona.





Sperges me domine hyssopo & mun-



dabor: lauabis me, & super niuem deal babor.



Versus. Miserere mei Deus: secundum magnam mise-

ricordiam



ricor diam tuam. Aſperges me. Verſus Et ſecundum.



Euouae. Aſperges me. Glo ria patri & filio



& ſpiritui ſancto. Aſperges me.

Tunc altare aſpergatur aqua, deinde clerus & populus. Poſt aſperſionem aquę ſacerdos dicat verſum Oſtende nobis domine miſericordiam tuam. Reſponſorium Et ſalutare tuum da nobis. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

PRæſta nobis Domine quæſumus per huius creaturæ aſperſionem, ſanitatem mentis, integritatem corporis, tutelam ſalutis, ſecuritatem ſpei, corroborationem fidei: hic & in ęterna ſecula ſeculorum. Amen.

Sequitur alia oratio ad placitum. Oratio.

EXaudi nos domine ſancte pater omnipotens æterne deus: & mittere digneris ſanctum angelum tuum de cœlis: qui cuſtodiat, foueat, protegat, viſitet & defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Nota quòd à die Paſchę vſque ad Trinitatem loco Aſperges. Ad aſperſionem aquę dicitur ſequens antiphona.



Idi aquam egredientem de tem plo

ala te re dextro Alle lu ia: & omnes ad quos

peruenit aqua iſta ſal ui fa cti ſunt &

di cunt Alleluia alle luia. ℣. Confitemini

domino quoniã bonus: quoniam in ſeculũ miſericordia

eius. Vidi aquam. Gloria patri. Euouae. Vidi.


Poſt aſperſionem aquę dicitur verſus Oſtende. Dominus vobiſcum, cum oratione Pręſta. ſicut ſupradictum eſt.

SEQVITVR ORDO baptiſmatis.


Ntequam ſacerdos ſacramentum baptiſmi vel aliud adminiſtret, vim & vſum illius pro eorum qui ſumpſerint & adfuerint capacitate & intelligentia explicare debet iuxta decretum conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 7. de reformat. Cuius tenor ſequitur.

Vt fidelis populus ad ſuſcipienda ſacramenta maiori cum reuerentia, atque animi deuotione accedat: præcipit ſancta ſynodus Epiſcopis omnibus, vt non ſolum, cum hæc per ſe ipſos erunt populo adminiſtranda, prius illorum vim & vſum pro ſuſcipiẽtium captu explicent, ſed etiam idem a ſingulis parochis piè, prudentérque etiam lingua vernacula, ſi opus ſit & commodè fieri poterit, ſeruari ſtudeant iuxta formam à ſancta ſynodo in Catecheſi ſingulis ſacramentis pręſcribẽdam quam Epiſcopi in vulgarem linguam fideliter verti, atque a parochis omnibus populo exponi curabunt: nec non vt inter miſſarum ſolennia, aut diuinorum celebrationem ſacra eloquia & ſalutis monita eadem vernacula lingua ſingulis diebus feſtis vel ſolennibus explanent, eademque in omnium cordibus, poſtpoſitis inutilibus quæſtionibus, inſerere, atque eos in lege Domini erudire ſtudeant.

MODVS ADMINISTRANDI Sacramentum baptiſmi maſculis.


Vm venerit infans ante fores eccleſiæ, maſculi ſtent ad dexteram. Presbyter quærat. Sõmes nous tous aſſemblez? Obſtetrix ℟. Ouy. Et requiratur à ſacerdote. Que demande ceſt enfant? Obſtetrix dicat. Chre-

Chreſtienté & Bapteſme. Sacerdos. Eſche vn homme ou vne femme ? Obſtetrix. C'eſt vn homme de par Dieu. Presbyter ad patrinum & matrinam dicat. Cõment aura il à nom.. ℟. N. Tunc ſacerdos exſufflet in faciem infantis in modum crucis dicens.

RECede diabole ab hac imagine Dei increpatus ab eo: & da locum aduenienti deo viuo & vero, da honorem filio eius deo & domino noſtro Ieſu Chriſto: & da locum ſpiritui ſancto paraclito. Inde faciat crucem pollice in frontem infantis dicens N.. Signum ſanctę ✠ crucis ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam pono. Iterum ſacerdos faciat crucem in pectore infantis pollice dicens. Signum ſanctę crucis ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti ✠ in pectus tuum pono. Poſtea ſacerdos tenens manum ſuam ſuper caput infantis dicat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti: reſpicere dignare ſuper hunc famulum tuum N. quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cęcitatem cordis ab eo expelle, & dirumpe omnes laqueos ſathanæ quibus fuerat colligatus. Aperi ei domine ianuam pietatis tuę, vt ſigno ſapiẽtiæ tuę imbutus, omnium cupiditatum fœtoribus careat: & ad ſuauem odorem pręceptorum tuorum lætus tibi in eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem: vt idoneus efficiatur accedere ad gratiam, baptiſmi tui percepta medicina. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oremus.

PReces noſtras quæſumus domine clementer exaudi: & hunc electum tuum N crucis dominicę, Presbyter faciat ſignum crucis pollice in fronte pueri, cuius impreſ-

ſione

ſione eum ſignamus ✠ virtute cuſtodi, vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mãdatorum tuorum ad nouæ regenerationis gratiam peruenire mereatur. Per Chriſtum dominum noſtrum. Oremus.

DEus qui humani generis ita es conditor vt ſis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtamento, ſobolem nouæ prolis aſcribe: vt filij promiſſionis quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, Qui tecum viuit & regnat in vnitate ſpiritus ſancti deus, per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Exorciſmus ſalis abſolute. abſque Adiutorium.

EXorcizo te creatura ſalis, In nomine ✠ dei patris omnipotẽtis, & in charitate domini noſtri ✠ Ieſu Chriſti, & in virtute ✠ ſpiritus ſancti: exorcizo te per deum ✠ viuum, per deum ✠ verum, per deum ✠ ſanctum, per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari prꝗcepit: vt in nomine ſanctę Trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine deus noſter vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ✠ ſanctifices, benedicendo ✠ benedicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in viſceribus eorum, In nomine eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Amen. Deinde aſpergat ſal aqua benedicta, & hoc facto ſacerdos mittat ſal in os infantis dicens N. Accipe ſal ſapientiæ: vt propitiatus ſit tibi dominus in vitam æternam. Amen. Oremus.

DEus patrum noſtrorum, deus vniuerſę conditor creaturæ: te ſupplices exoramus: vt hunc famulum tuum N. reſpicere digneris propitius, vt hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cæleſti; quatenus ſit ſemper domine ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens: & perduc eum ad nouæ regenerationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum. Hic faciat crucem in fronte pueri pollice dextro, dicens. Oremus.

DEus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, deus qui Moyſi famulo tuo in monte ſinai apparuiſti, & filios Iſraël de terra Ægypti eduxiſti, deputans eis angelum pietatis tuæ qui cuſtodiret eos die ac nocte: te quæſo domine, vt mittere digneris ſanctum angelum tuum: qui ſimiliter cuſtodiat & hunc famulum tuum N. & perducat eum ad gratiam baptiſmi tui. Non dicitur. Per Chriſtum dominum noſtrum. nec Oremus.

Coniuratio Diaboli.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentētiam tuam: & da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu-Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto paraclito: & recede ab hoc famulo dei N. quia iſtum ſibi deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctā gratiam & benedictionem, fontémque baptiſmatis dono ſuæ pietatis vocare dignatus eſt. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro. Et hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oremus.

Deus

DEus immortale præſidium omnium poſtulantium, liberatio ſupplicum, pax rogantium, vita credẽtium, reſurrectio mortuorum: te inuoco domine ſuper hunc famulum tuum N. qui baptiſmi tui donum petens æternam conſequi gratiam ſpirituali regeneratione deſiderat. Accipe eum domine, & quia dignatus es dicere petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis: petenti itaque pręmium porrige, & ianuam pande pulſanti: vt æternam cæleſtis lauacri benedictionem conſecutus, promiſſa tui muneris regna percipiat. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

AVdi maledicte Sathana adiuratus per nomen æterni dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti filij eius, cum tua victus inuidia tremens gemenſque diſcede: nihil tibi ſit commune cum ſeruo dei N. iam cæleſtia cogitanti, renunciaturo tibi ac ſeculo tuo, & beatæ immortalitati victuro: da igitur honorem deo viuo & vero, da honorem aduenienti ſpiritui ſancto, qui ex ſumma cæli arce deſcendens, perturbatis fraudibus tuis diuino fonte purgatum pectus, id eſt ſanctificatum deo templum, & habitaculum perficiat, vt ab omnibus penitus noxis pręteritorum criminum liberatus, hic ſeruus dei factus gratias perenni deo referat ſemper, & benedicat nomen eius ſanctum in ſecula ſeculorum. Amen. Deinde fit exorciſimus ſine. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. & ſine Oremus.

EXorcizo te immũde ſpiritus, In nomine pa ✠ tris & fi ✠ lij, & ſpiritus ✠ ſancti: vt exeas & recedas ab hoc famulo dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui pedibus ſuis ſuper mare ambulauit, & Petro mergenti dexteram porrexit.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentētiam tuam: & da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu-Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto: & recede ab hoc famulo dei N. quia iſtum ſibi deus & dominus noſter Ieſus-Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem fontémque baptiſmatis dono gratiæ vocare dignatus eſt. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro. Et hoc ſignū ſanctę ✠ crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor domine ſancte pater omnipotēs æterne deus, author luminis & veritatis: reſpice ſuper hunc famulum tuum N. vt digneris eum illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eum domine & ſancti ✠ fica: da ei ſcientiam veram vt dignus efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam: vt aptus ſit ad percipiendum gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Item ponat ſtolam ſuper caput pueri in modum crucis & dicat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Reſpondens Ieſus dixit. Confiteor tibi domine pater cęli & terrę, quia abſcondiſti hęc à ſapientibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniam ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia

mitis

mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Poſtea faciat infantem oſculari textum Euangelij: & tenens dexteram manum pueri introducat in eccleſiam dicens N.

Trado tibi ſignaculum domini noſtri Ieſu Chriſti in manu tua dextra: vt te defendas & munias aduerſus aëreas poteſtates, In nomine patris ✠ & filij & ſpiritus ſancti. Amen. Sacerdos dicat. Parrin & marrinne vous direz Pater noſter. Aue Maria. Credo in Deum. & Credo in ſpiritum. Affin que Dieu face ceſt'enfant bon Chreſtien.

Tunc præparetur infans: & educatur nudus ab obſtetrice ſupra fontes. Et presbyter tenens manum ſuper caput pueri dicat. N.

NEc te latet Sathana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormenta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis ęternus ſuperueniet interitus. Et ideo pro tua nequitia damnate atque damnande: da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto. In cuius nomine atque virtute præcipio tibi quicunque es ſpiritus immunde: vt exeas & recedas ab hoc famulo dei N. quem hodie idem deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & bene ✠ dictionem, fontémque baptiſmatis dono gratię vocare dignatus eſt: vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remiſſionem omnium peccatorum, In nomine eiuſdem domini noſtri Ieſu chriſti. Qui vẽturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculũ per ignem. Amen. Hic accipiat ſacerdos de ſua ſaliua & ponat in aurem dexteram infantis dicẽs. N. Effeta quod eſt adaperire.

 Similiter

Similiter in nares, dicens. In odorem ſuauitatis. Deinde in ſiniſtram aurem infantis. Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. Poſtea interroget ſacerdos nomen infantis dicens N. Tunc dicat ſacerdos. Abrenuncias Sathanæ? Parrin & marrinne dictes Abrenuncio. N. Et omnibus operibus eius? Dictes Abrenuncio. N. Et omnibus pompis eius? Dictes Abrenuncio. Deinde faciat crucem in pectore infantis de oleo ſancto, baculo qui eſt in vaſe, dicens. N. Et ego linio te oleo ſalutis. Similiter faciat crucem oleo prædicto inter ſcapulas infantis dicens. In Chriſto Ieſu domino noſtro in vitam æternam. Amen. Interroget ſacerdos de nomine infantis dicens. N. Credis in deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ? Parrin & marrinne dictes Credo. Sacerdos. N. Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum natum & paſſum? Dictes Credo. N. Credis & in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam æternam poſt mortem? Dictes Credo. Preſbyter quærat nomen infantis. N. Sacerdos. Vis baptizari? Parrin & marrinne dictes Volo. N. Vis baptizari? Dictes Volo. N. Vis baptizari? Dictes Volo. Hic debet Sacerdos interrogare obſtetricem ſi aliquid fecerit circa puerum. quòd ſi nihil fecerit, ſacerdos inuocato nomine infantis, accipiat peluim plenam aqua fontis: & effundat ſuper caput infantis in modum crucis dicẽdo primo. N. Et ego baptizo te In nomine ✠ Patris, ſecundo. & fi ✠ lij. tertio. & ſpiritus ✠ ſancti, Amen. Et ſi obſtetrix aliquid fecerit, aut factum eſſe reſpondeat, tunc iuxta ordinationem ſynodi cameracenſis Montibus celebratæ tit. 6. cap. 7. roget

Sacerdos qua forma & qua materia datum fuerit baptiſma, & ſi deprehendat in forma vel materia erratum fuiſſe, ipſe baptizet: alioquin a baptiſmo abſtineat, exorciſmos tantum & ceteras Eccleſiæ orationes pronuncians, nec vnquam conditionali baptiſmo vtatur, niſi cum re diligenter perquiſita, dubium relinquitur an puer baptiſmum rite ſuſceperit. Cuiuſmodi dubium poſt diligentem inquiſitionem, dum accidit, baptizet Sacerdos dicendo. Si non es baptizatus, ego baptizo te, In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Deinde dicat. N. Oremus.

DEus omnipotens pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto: quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum tuorum. Hic vngat presbyter puerum de chriſmate, baculo, in vertice capitis in modum crucis, dicens Ipſe te liniat chriſmate ✠ ſalutis in eodem Chriſto Ieſu domino noſtro in vitam æternam. Amen. Tunc dicat ſacerdos. Parrin & marrinne mettez cy les mains. Et veſtiat eum ſacerdos veſte alba quæſito nomine pueri. N.

ACcipe veſtem ſanctam, candidam, puram, & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti: vt habeas vitam æternam, & viuas cum eo in ſecula ſeculorum. Amen. Poſtea ſacerdos ponat candelam ardentem in dexteram manum infantis ſuper vnum altare, niſi breuis vitę appareat: & inuocato nomine infantis dicat Parrin & marrinne mettez cy les mains.

ACcipe lampadem ardentem & irreprehẽſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum: vt cum dñs ad nuptias venerit, poſſis ei occurrere vnà cum omnibus ſanctis & electis in aula cæleſti: vt habeas vitam æternam, & viuas cum eo

 in ſecula

in ſecula ſeculorum. Amen. Quo facto ſi placuerit ſacerdoti dicat ad illud altare, Euangelium beati Ioannis Euangeliſtę, mittens ſtolam in modum crucis ſuper caput infantis dicendo. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Initium ſancti Euangelij ſecundum Ioannem. Gloria tibi.

IN principio erat verbum: & verbum erat apud deum: & deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Et vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo miſſus à deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium vt teſtimonium perhiberet de lumine: vt omnes crederent per illum. Non erat ille lux: ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera: quę illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt: & mundus eum non cognouit. In propria venit: & ſui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem filios dei fieri: his qui credũt in nomine eius. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbum caro factum eſt: & habitauit in nobis. Et vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, Plenum gratiæ, & veritatis. Deo gratias. Aña. Te inuocamus, te adoramus, te laudamus, te glorificamus, ô beata & glorioſa Trinitas. Verſus. Sit nomen domini benedictum. Reſponſorium. Ex hoc nunc & vſque in ſeculum. Oremus.

PRotector in te ſperantium deus, ſine quo nihil eſt validum nihil ſanctum: multiplica ſuper nos miſericordiam tuam vt te rectore te duce, ſic tranſeamus per

bona

bona temporalia: vt non amittamus æterna. Per dominum noſtrum. Benedictio dei patris omnipotentis & filij & ſpiritus ſancti deſcendat ſuper te & maneat ſemper tecum. In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, Amen. Vous parrin & marrinne ie vous encharge que vous dictes au pere & a la mere de ceſt enfant qu'il à reçeu le Sainct Sacrement de Bapteſme, à fin qu'ilz en rendent graces à Dieu, & qu'ilz le gardent de feu & d'eauë iuſques à ſept ans: & qu'il luy fachent apprendre Pater noſter, & Aue Maria, & ſa creance: Ou que vous luy faiſiez apprendre. Ie vous en charge & m'en d'eſcharge.

MODVS ADMINISTRANDI Sacramentum baptiſmi fœminis.

IDem faciendum eſt ſicut de maſculis. Tamen in exorcizando & cathecizando quædam orationes mutantur. Et ideo ratione diuerſitatis & ſecuritatis, hic ſequitur alius modus pro fœminis tantum. Et primo ſtatuatur infans ad ſiniſtram ad valuas eccleſiæ. Et requiratur à presbytero. Sõmes nous tous cy aſſemblez? Obſtetrix ℟. Ouy. Tunc quærat Sacerdos. Que demande ceſt enfant? Obſtetrix dicat. Chreſtiété & Bapteſme. Sacerdos. Eſche vn homme ou vne femme? Obſtetrix. C'eſt vne femme de par Dieu. Presbyter ad patrinum & matrinam dicat. Comment aura elle à nom. ℟. N. Tunc ſacerdos exſufflet in faciem infantis in modum crucis dicens.

REcede diabole ab hac imagine dei increpatus ab eo: & da locum aduenienti deo viuo & vero, da honorem filio eius deo & domino noſtro Ieſu Chriſto: & da locum ſpiritui ſancto paraclito. Inde faciat crucem pollice in

fronte infantis dicens. N. Signum ſanctę ✠ crucis domini noſtri Ieſu Chriſti in frontem tuam pono. Iterum ſacerdos faciat crucem in pectore infantis pollice, dicens. Signum ſal ✠ uatoris domini noſtri Ieſu Chriſti in pectus tuum pono. Poſtea ſacerdos tenēs manum ſuam ſuper caput infantis dicat. Dn̄s vobiſcum. Et cū ſpiritu tuo. Oremus.

OMnipotens ſempiterne deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti: reſpicere dignare ſuper hanc famulam tuam N. quam ad rudimenta fidei vocare dignatus es, omnem cæcitatem cordis ab ea expelle, & dirumpe omnes laqueos ſathanæ quibus fuerat colligata. Aperi ei domine ianuam pietatis tuę, vt ſigno ſapientiæ tuę imbuta, omnium cupiditatum fœtoribus careat: & ad ſuauem odorem pręceptorum tuorum læta tibi in eccleſia tua deſeruiat, & proficiat de die in diem: vt idonea efficiatur accedere ad gratiam, baptiſmi tui percepta medicina. Per eumdem Chriſtum dominum noſtrum, Amen. Oremus.

PReces noſtras quæſumus domine clementer exaudi: & hanc electam tuam. N. crucis dominicę, Sacerdos faciat ſignum crucis in fronte infantis pollice dextro, cuius impreſſione eam ſignamus ✠ virtute cuſtodi: vt magnitudinis gloriæ tuæ rudimenta ſeruans, per cuſtodiam mandatorum tuorum ad nouæ regenerationis gloriam peruenire mereatur, Per Chriſtum dominum noſtrum. Oremus.

DEus qui humani generis ita es conditor vt ſis etiam reformator: propitiare populis adoptiuis, & nouo teſtamento, ſobolem nouę prolis aſcribe: vt filij promiſſionis quod non potuerunt aſſequi per naturam, gaudeant ſe recepiſſe per gratiam. Per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat in vnitate

ſpiritus

ſpiritus ſancti deus: per omnia ſecula ſeculorum. Amen.
Exorciſmus ſalis abſolutè abſque. Adiutorium.

EXorcizo te creatura ſalis, In nomine dei patris ✠ omnipotentis, & in charitate domini noſtri ✠ Ieſu-Chriſti,& in virtute ✠ ſpiritus ſancti:exorcizo te per deum ✠ viuum, per deum ✠ verum, per deum ✠ ſanctum, per deum qui te ad tutelam humani generis procreauit, & populo venienti ad credulitatem per ſeruos ſuos conſecrari præcepit:vt in nomine ſanctę Trinitatis efficiaris ſalutare ſacramentum ad effugandum inimicum. Proinde rogamus te domine deus noſter vt hanc creaturam ſalis ſanctificando ✠ ſanctifices, benedicendo ✠ benedicas: vt fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanēs in viſceribus eorum, In nomine eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti,Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Amen. Et aſpergatur ſal aqua benedicta: poſtea ponat de ſale prædicto in os infantis dicens.
N. Accipe ſal ſapientiæ: vt propitiatus ſit tibi dominus in vitam æternam, Amen. Oremus.

DEus patrum noſtrorum deus vniuerſę conditor creaturæ: te ſupplices exoramus:vt hanc famulam tuam N. reſpicere digneris propitius, vt hoc primum pabulum ſalis guſtantem, non diutius eſurire permittas, quo minus cibo repleatur cæleſti, quatenus ſit ſemper domine ſpiritu feruens, ſpe gaudens, tuo ſemper nomini ſeruiens: & perduc eam ad nouæ regenerationis lauacrum: vt cum fidelibus tuis promiſſionum tuarum æterna præmia conſequi mereatur. Per Chriſtum. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro dicens. Oremus.

DEus cœli, deus terræ, deus angelorum, deus archangelorum, deus patriarcharum, deus prophetarum, deus apoſtolorum, deus martyrum, deus confeſſorum, deus virginum, deus omnium bene viuentium: deus cui omnis lingua confitetur, & omne genu flectitur, cœleſtium, terreſtrium & infernorum: te inuoco domine ſuper hanc famulam tuam N. vt perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui. Non dicitur, Per Chriſtum dominũ, nec Oremus.

Coniuratio Diaboli.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentẽtiam tuam: & da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu-Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto: & recede ab hac famula dei N. quia iſtam ſibi deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontémque baptiſmatis dono ſuæ pietatis vocare dignatus eſt. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro. Et hoc ſignum ſanctæ cru ✠ cis quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nunquã audeas violare. Per eumdem Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oremus.

DEus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, deus qui tribus Iſraël de Ægyptia ſeruitute liberatas, per Moyſen famulum tuum de cuſtodia mandatorum tuorum in deſerto monuiſti: & Suſannam de falſo crimine liberaſti: te ſupplex deprecor domine vt liberes & hanc famulam tuã N. & perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentẽtiam tuam: & da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu-Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto: & recede ab hac famula dei N. quia iſtam ſibi deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem, fontémque baptiſ-

baptiſmatis dono gratię vocare dignatus eſt. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro. Et hoc ſignum ſanctę cru ✠ cis quod nos fronti eius damus, tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per Christum. Deinde fit exorciſmus ſine, Dominus vobiſcum, & ſine Oremus.

EXorcizo te immunde ſpiritus per patrem ✠ & filium ✠ & ſpiritum ✠ ſanctum: vt exeas & recedas ab hac famula dei N. ipſe enim tibi imperat maledicte damnate, qui cæco nato oculos aperuit, & quatriduanum Lazarum de monumento ſuſcitauit.

ERgo maledicte diabole recognoſce ſentētiam tuam: & da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu-Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto: & recede ab hac famula dei N. quia iſtam ſibi deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & benedictionem fontémque baptiſmatis dono ſuæ pietatis vocare dignatus eſt. Hic faciat crucem in fronte infantis pollice dextro. Et hoc ſignum ſanctæ ✠ crucis quod nos fronti eius damus tu maledicte diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oremus.

ÆTernam ac iuſtiſſimam pietatem tuam deprecor domine ſancte pater omnipotens æterne deus author luminis & veritatis: reſpice ſuper hanc famulam tuam N. vt digneris eam illuminare lumine intelligentiæ tuæ, munda eam domine & ſancti ✠ fica: da ei ſcientiam veram vt digna efficiatur accedere ad gratiam baptiſmi tui: teneat firmam ſpem, conſilium rectum, doctrinam ſanctam: vt apta ſit ad percipiendum gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum dominum noſtrum, Amen. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Sequentia ſancti Euangelij ſecundum Matthæum.

Matthæum. Gloria tibi domine.

IN illo tempore. Reſpondens Ieſus dixit. Confiteor tibi domine pater cęli & terrę, quia abſcōdiſti hęc à ſapiētibus & prudentibus: & reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniam ſic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita ſunt à patre meo. Et nemo nouit filium niſi pater, neque patrem quis nouit niſi filius: & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde: & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt: & onus meum leue. Poſtea faciat infantem oſculari textum Euangelij: & tenens dexteram manum puellæ introducat in eccleſiam dicēs. N. Trado tibi ſignaculum domini noſtri Ieſu Chriſti in manu tua dextra: vt te defendas & munias aduerſus aëreas poteſtates, In nomine patris ✠ & filij & ſpiritus ſancti. Amen. Sacerdos dicat. Parrin & marrinne vous direz Pater noſter, & Aue Maria, Credo in Deum, & Credo in ſpiritum. En priant Dieu que ceſt enfant puiſſe viure en vraye foy Catholique & bonne Chreſtienne. Tunc pręparetur infans & educatur nuda ab obſtetrice ſupra fontes: & presbyter tenens manum ſuper caput puellę dicat.

NEc te latet Sathana imminere tibi pœnas, imminere tibi tormēta, imminere tibi diem iudicij, diem ſupplicij ſempiterni, diem qui venturus eſt velut clibanus ardens: in quo tibi atque vniuerſis angelis tuis æternus ſuperueniet interitus. Proinde damnate atque damnande: da honorem deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius & ſpiritui ſancto paraclito. In cuius nomine atque virtute præcipio tibi quicunque es ſpiritus immunde: vt

exeas

exeas & recedas ab hac famula dei N. quam hodie idem deus & dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam & bene ✠ dictionem, fontémque baptiſmatis dono gratiæ vocare dignatus eſt: vt fiat eius templum per aquam regenerationis in remiſſionem omniũ peccatorum, In nomine eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti. Qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos & ſeculum per ignem. Amen. Hic ſumat ſacerdos de ſputo ſuo: & ponat in aurem dexteram infantis dicens. N. Effeta quod eſt adaperire. Inde ad nares. In odorem ſuauitatis. Deinde ad ſiniſtram aurem infantis. Tu autem effugare diabole: appropinquabit enim iudicium dei. Poſtea interroget ſacerdos nomen infantis dicens. N. Tunc dicat presbyter. Abrenuncias Sathanæ? Parrin & marrinne dictes Abrenuncio.

Et omnibus operibus eius? Dictes Abrenuncio. N. Et omnibus pompis eius? Dictes Abrenuncio. Deinde faciat crucem in pectore infantis de oleo ſancto, baculo qui eſt in vaſe, dicens. N. Et ego linio te oleo ſalutis. Similiter faciat crucem oleo prædicto inter ſcapulas infantis dicens. In Chriſto Ieſu domino noſtro in vitam æternam. Amen. Interroget ſacerdos de nomine infantis dicens. N. Credis in deum patrem omnipotentem creatorem cæli & terræ? Parrin & marrinne dictes Credo. Sacerdos. N. Credis & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum natum & paſſum? Dictes Credo. N. Credis & in ſpiritum ſanctum, ſanctam eccleſiam catholicam, ſanctorum communionem, remiſſionem peccatorum, carnis reſurrectionem, & vitam ęternam poſt mortem? Dictes Credo. Sacerdos quærat nomen infantis. N Sacerdos. Vis baptizari? Parrin & marrinne dictes Volo. N. Vis baptizari? Dictes

Volo. N. Vis baptizari? Dictes Volo. Hic debet Sacerdos interrogare obſtetricem ſi aliquid fecerit circa puellam, quòd ſi nihil fecerit, ſacerdos inuocato nomine infantis, accipiat peluim plenam aqua fontis: & effundat ſuper caput infantis in modum crucis dicendo primo. N. Et ego baptizo te, In nomine ✠ Patris, ſecundo, & fi ✠ lij, tertio, & ſpiritus ✠ ſancti, Amen. Et ſi obſtetrix aliquid fecerit, inquirat ſacerdos qua forma & materia datum fuerit baptiſma, & ſi in ijs, erratum fuiſſe deprehendat, baptizet, alias non: vt ſuprà de baptiſmo maſculorum dictum eſt. Si verò poſt diligentem inquiſitionem adhuc dubium reſtat, num infans baptiſmum ſuſceperit, audito nomine puellæ fiet vt ſequitur: dicendo. N. Si non es baptizata, ego baptizo te, In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Deinde dicat. N. Oremus.

Deus omnipotẽs pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui te regenerauit ex aqua & ſpiritu ſancto: quique dedit tibi remiſſionem omnium peccatorum tuorum. Hic vngat presbyter puellam de chriſmate cum baculo, in vertice eius, dicens. Ipſe te liniat chriſmate ✠ ſalutis in eodem Chriſto Ieſu domino noſtro in vitam æternã. Amen. Tunc dicat ſacerdos. Parrin & marrinne mettez cy les mains. Et veſtiat eam ſacerdos veſte alba quęſito nomine puellę. N.

Accipe veſtem ſanctam, candidam, puram, & immaculatam, quam perferas ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti: vt habeas vitam æternam, & viuas cum eo in ſecula ſeculorum, Amen. Poſtea ſacerdos ponat candelam ardentem in dexteram manum infantis ſuper vnum altare, niſi breuis vitę appareat, & inuocato nomine infantis dicat. Parrin & marrinne mettez cy les mains.

ACcipe lampadem ardentem & irreprehẽſibilem, cuſtodi baptiſmum tuum: vt cum dominus ad nuptias venerit, poſſis ei occurrere vnà cum omnibus ſanctis & electis in aula cæleſti: vt habeas vitam æternam, & viuas cum eo in ſecula ſeculorum. Amen. Quo facto ſi placuerit ſacerdoti dicat ad illud altare Euangelium beati Ioannis Euangeliſtæ, mittendo ſtolam in modum crucis ſuper caput puellę, ſcilicet. In principio. Et totum reſiduum, vt ſup. de maſculis. Nota quòd poſſunt baptizari plures maſculi ſimul vel etiam plures fœminæ, vtendo verbis in plurali numero. Et tunc tantum diceretur. Ego baptizo vos, In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Omiſſis alijs quibuſcunque.

DE MVLIERIBVS POST partum purificandis.



QVando mulier venit ad purificationem, ſi placeat, ſacerdos recipit eam ad introitum Eccleſię trahẽdo eam per manum intus & dicẽdo hanc orationem.

Mundifica domine hanc famulam tuam ab omni crimine: vt mundo corde & corpore ſanctam Eccleſiam valeat frequentare, In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, Amen. Poſtea aſpergat eam ſacerdos aqua benedicta. Deinde audiat miſſam. Poſt miſſam debet confiteri omnia ſua peccata. Et cum ſacerdos abſoluerit eam, ſi placeat, dicat hanc orationem. Oremus.

PIetate tua quæſumus domine hanc famulam tuam corpore & mente pariter purifica, vt noxias carnis illecebras & mundi blandimenta ac diabolica contagia ſic deuincat: vt gratiam tuam in præſenti & gloriam in futuro

 merea-

mereatur obtinere. Per Christum. Sed in fine missę legatur Euangelium sancti Ioannis, scilicet, In principio. Super caput mulieris stola posita in modum crucis. Quære in baptismo masculorum. Et benedicatur panis à sacerdos, qui datur mulieri purificatæ.

De sacramento matrimonij.

SEQVITVR ORDO SEV benedictio nubentium.


T primo ad conuentiones matrimoniales per verba de futuro danda, Sacerdos stet in medio duarum conuentionum matrimonialium & amicis existentibus dicat verbis gallicis. Bonnes gens nous sommes cy assemblez au nom de la Saincte Trinité de paradis pour commencher vn mariage entre les parties qui cy sont presentes. C'est à sçauoir, N. & N. & affin que plus deuëment puissions commencher cestuy mariage. N. Leuez la main aux sainctz. Ie vous demande & adiure par la foy que vous deuez à Dieu que vous nous dictes publiquement cy deuant tous, si vous n'auez voué quelque vœu, soit des sainctes ordres ou autres vœuz, ne baillié foy ne conuenance de mariage à femme qui soit en ce monde, parquoy vous ne puissiez auoir, N. qu'icy est presente à femme & à espouse si saincte Eglise si assent. ℟. Non. Sacerdos. N. Esche de vostre bonne volonté que vous estes cy presentement pour fiancher N. qui est ichy presente. ℟. Ouy. Le voulez vous auoir à mariage? ℟. Ouy. Item & sic dicat sacerdos mulieri. N. Leuez la main aux sainctz. &c. Postea dicat sacerdos viro Dictes apres moy. N. Ie vous prometz par la foy que ie doy à Dieu, que ie vous prendray &

eſpouſeray en noſtre mere ſaincte Egliſe en dedans quarante iours, ſi elle ſi aſſent. Et ſimili modo dicat mulieri. Dictes apres moy pareillement. N. Ie vous prometz. &c. His dictis ſacerdos accipiat manus amborum & eas in ſimul annexet & coniungat dicens. Et ego affido vos, In nomine patris, & fi ✠ lij, & ſpiritus ſancti, Amen. Tunc aſpergantur aqua benedicta. His actis ſecundum conſuetudinem debent coniuges oſculari imaginem Chriſti.

Sequitur ordo bannorum faciendorum vt decet per tres dies ſolennes, & dies ſit ſemper intermedia, dicendo verbis gallicis. De l'authorité de Dieu, Sainct Pierre & ſainct Paul, noſtre ſainct pere le Pape, Cardinaulx, Legaulx, Archeueſques, & Eueſques. En eſpecial de l'authorité de reuerend pere en Dieu monſeigneur l'Eueſque d'Arras. Nous faiſons les bans des perſonnes que vous oyrez icy nommer. Et nominantur à clerico ſiue cuſtode. N. d'vne part, &c. N. d'autre part. Inde ſacerdos. Affin que s'il y à aucun ou aucune qui y ſçache lignage, comperage, ou affinité ſi le diſe ſus peine d'excommuniement ſi hault que nous le puiſſions ouyr & entendre. Bannis completis veniant nubere volentes ad Eccleſiam tradendo anulum aureum vel argenteum cum tredecim denarijs clerico vt benedicantur à ſacerdote. Benedictio anuli & argenti. Adiutorium noſtrum in nomine domini. Qui fecit cœlum. &c. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Creator & conſeruator humani generis, largitor gratiæ ſpiritualis, emittere dignare benedictionem ✠ tuam ſuper hunc anulum & ſuper hoc argẽtum, vel aurum vt quæ ea portauerit, in tua pace conſiſtat, & in tua voluntate permaneat. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Et tunc asperguntur à sacerdote. His benedictis sacerdos vadat in locum consuetum, scilicet ante crucifixum, sponso & sposa cum plebe ibi stantibus: deinde sistat in medio loci vultu verso ad chorum, sponso ad dexteram & sponsa ad sinistram, & verbis gallicis dicat. Nous sommes cy assemblez au nom de la Saincte Trinité de paradis, pour parfaire le mariage encommenché à faire entre les parties qu'icy sont presentes. C'est à sçauoir N. & N. desquelz nous auons faitz & proclamez troys bans en saincte Eglise par troys iours solennelz, ausquelz nul n'a opposé ne contredit. Et pour plus deuëment parfaire ledit mariage. Nous renouuellons lesditz bans, & dirons en la maniere qui s'ensuyt. De l'authorité de Dieu, sainct Pierre & sainct Paul, de nostre sainct pere le Pape, Cardinaulx, Legaulx, Archeuesques, & Euesques. Et en especial de l'authorité de reuerẽd pere en Dieu monseigneur l'Euesque d'Arras, nous faisons les bans de N. d'vne part, & de N. d'autre part. Affin que s'il y a aucun ou aucune qui y sçache lignage, cõperage, ou affinité aucune si le dise si hault que nous l'oyons sur peine d'excommuniement. ℟. Nous ny sçauons que bien. Sacerdos. En telle maniere que nous auons faitz & renouuelllez le premier, nous renouuellons le second & le tiers, & faisons le quart d'abonbance. Affin que s'il y a aucun ou aucune &c. vt sup. Nemine opponente sacerdos dicat. Nous defendons sur peine d'excommuniement que personne desormais en auant en ce present mariage ne mette empeschement s'il ne les apprend de nouueau & par bonne raison & iuste. His adimpletis sacerdos verbis gallicis sponso dicat. N. Vous promittes au iour de voz fianchages par la foy que vous deuez à Dieu que vous espouseriez N. qu'icy est presente

sente en saincte Eglise s'elle si assentoit. Saincte Eglise si assent, & nul ny contredit, la voulez vous? ℟. Ouy. Pari modo dicat mulieri N. Vous promittes au iour de voz fianchages par la foy que vous deuez à Dieu que vous espouseriez. N. qu'icy est present en saincte Eglise s'elle si assentoit. Saincte Eglise si assent, & nul ny contredit, le voulez vous? ℟. Ouy. Hus dictis sacerdos dicat sponso. N. Leuez la main aux sainctz, & dictes apres moy. N. Ie vous prens auiourd'huy à femme & à espouse, & vous prometz & iure par la foy que ie doy à Dieu sus cresme & baptesme que i'ay raporté de fons, sur le corps de nostre Seigneur Iesu-Christ, qui en l'Eglise de ceans repose, sur toutes les sainctes & sacrées Euangiles qui sont leuës & recitées par l'vniuersel mõde & Chrestienté, sur ma part de paradis, & damnation de mon ame, que ie ne vous changeray pour pieure ne pour meilleure, pour plus belle, ne pour plus layde, pour plus pauure, ne pour plus riche: & vous feray bonne part & loyauté de mon corps & de mes biens, & vous garderay haitye ou malade, & en tous les poinctz qu'il plaira à Dieu vous mettre en ce monde present, par le serment que i'ay faict ainsi m'ayde Dieu & tous les sainctz de paradis. Et similiter sacerdos dicat mulieri N. Vous auez ouy les promesses & sermens que N. icy present vous à faict. Leuez la main aux sainctz. Vous prenez auiourd'huy à mary & espoux N. qu'icy est present, & iurez par la foy que vous deuez à Dieu sur cresme & baptesme que vous raportastes de fons. &c. vt supra. Et sic promissionibus ex vtraque parte factis. Sponsus & sponsa debent fieri coniuges, dicendo, manibus eorum simul positis. Et ego coniungo vos, In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, Amen. vel dicat sic. Et ego eam

tibi trado ſanam ægram-ve ſeruandam omnibus diebus vitæ tuæ: & ſis ei fidelis. Quo facto ſacerdos debet coniuges aſpergere aqua benedicta. Deinde capiat tredecim denarios manu propria tradendo ſponſo, dicendo verbis gallicis. N. Prenez cela en voſtre main. Poſtea dicat ſacerdos mulieri. N. Baillez voſtre main. Tunc ſacerdos debet capere vtramque manum eas ſimul annexendo, & teneat ſponſus illos prędictos tredecim denarios in manu ſponſę, Sacerdos autem dicat verbis gallicis. N. Dictes apres moy. De ceſt or ou argent te douë, & de mon corps te honore, & te faictz dame & maiſtreſſe de quanque i'ay, & acquerre pourray. Poſtea ſacerdos debet dicere hilariter verbis gallicis. N. Mettez cela en voſtre bourſe. Deinde ſacerdos accipiat anulum & tradat ſponſo. Sponſus verò ponat illum inter tres digitos dextræ manus ſponſæ, primo tangat pollicem dicendo. N. De ceſt anneau t'eſpouſe, Au nom du pere qui nous crea. Ad alium digitum, ſcilicet ad indicem. Et du filz qui nous racheta. Ad medium. Et du ſainct Eſprit qui nous illumina. Et maneat in anulari. i. Medico qui eſt proximus auriculari iuxta Iſid. 30. q. 5. cap. fæminæ. Quo facto aſpergat eos aqua benedicta & legat hunc pſalmum.

MAnda deus virtuti tuæ: confirma hoc deus quod operatus es in nobis. A templo ſancto tuo quod eſt in Hieruſalem: tibi offerent reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorũ: vt excludant eos qui probati ſunt argento. Gloria patri & filio. Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon. Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Preces. Emitte ſpiritum tuum & creabuntur. Et renouabis faciem terrę. Saluum fac ſeruum tuum & an-

cillam

cillam tuam. Deus meus ſperantes in te. Mitte eis domine auxilium de ſancto.Et de ſion tuere eos. Memor eſto congregationis tuæ. Quam poſſediſti ab initio. Domine exaudi orationem meam.Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

DEus Abraham, deus Iſaac, & deus Iacob, ſit vobiſcum: & ipſe vos coniungat, impleátque benedictionem ✠ ſuam in vobis. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Oremus.

BEnedic domine adoleſcẽtes iſtos & ſemina ſemen vitę ęternæ in mẽtibus eorum,vt quicquid pro vtilitate didicerint,hoc facere cupiant. Per Ieſum Chriſtum recuperatorem hominum qui cum deo patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Coniugibus aſperſis aqua benedicta: inducat eos ſacerdos ad altare dicendo hoc Canticum graduum. Pſalm. cxxvij.

BEati omnes qui timent dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum quia mãducabis: beatus es & bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo:qui timet dominum. Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona Hieruſalem omnibus diebus vitę tuæ. Et videas filios filiorum tuorũ: pacem ſuper Iſraël. Gloria patri. Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.Pater noſter. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Preces. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos. Quemadmodum ſperauimus in te. Nihil proficiat inimicus in eis. Et filius iniquitatis non apponat nocere eis. Dominus conſeruet eos & viuificet & beatos faciat eos in terra. Et

non tradat eos in animam inimicorum eius. E sto eis domine turris fortitudinis. A facie inimici. D omine deus virtutum conuerte nos. Et ostende faciem tuam & salui erimus. D omine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. D ominus vobiscum. Et cum. Oremus.

R Espice domine de cælo super hanc conuentionem tuam: & sicut misisti sanctum angelum tuum Raphaëlem pacificũ Thobię & Sarę filię Raguelis: ita mittere digneris domine tuam benedictionem ✠ super adolescentes istos, vt in tua voluntate permaneant, & in amore tuo semper viuant: vt multiplicentur in longitudinem dierum. Per Christum dominum nostrum. Amen. Benedictionibus factis audiant missam cum deuotione. Deinde celebratur missa, vt sequitur.

Introitus.


Enedicta sit sancta Trinitas atque indiuisa vnitas: confitebimur ei quia fecit nobiscum misericordiam suam. Psalm. B enedicamus patrem & filium cum sancto spiritu. G loria patri. K yrie eleison. G loria in excelsis deo.

Collecta.

O Mnipotens sempiterne deus qui dedisti nobis famulis tuis in confessione veræ fidei æternæ Trinitatis gloriam agnoscere: & in potentia maiestatis adorare vnitatem, quæsumus: vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis. Non dicitur. Per dominum nostrum.

Alia oratio.

E Xaudi nos omnipotens & misericors deus: vt quod nostro ministratur officio, tua benedictione potius

impleа-

impleatur. Per do. Lectio epistolę beati Pauli apo. ad Cor. 1. 6.

FRatres. Nescitis quoniam corpora vestra, membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi: faciam membra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhæret meretrici: vnum corpus efficitur? Erunt enim inquit duo in carne vna. Qui autem adhæret domino: vnus spiritus est cum eo. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo: extra corpus est. Qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra templum sunt spiritus sancti: qui in vobis est, quem habetis à deo, & non estis vestri? Empti enim estis pretio magno. Glorificate ergo & portare deum: in corpore vestro. Grad. Benedictus es domine qui intueris abyssos & sedes super cherubim. Versus. Benedicite deum cœli, quia fecit nobiscum misericordiam suam. Alleluia. Versus. Benedictus es domine deus patrum nostrorum & laudabilis in secula.

Secundum Matthæum. 19.

IN illo tempore: Venit Iesus in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbę multę: & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum pharisæi: tentantes eum & dicentes. Si licet homini dimittere vxorem suam quacunque ex causa? Qui respondens ait eis. Non legistis: quia qui fecit ab initio, masculum & fœminam fecit eos. Et dixit. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit: homo non separet. Offertorium. Benedictus sit deus pater, vnigenitusque dei filius, sanctus quoque spiritus: quia fecit nobiscum misericordiam suam. Secreta.

SAnctifica quęsumus domine deus noster per tui sancti nominis inuocationem huius oblationis hostiam: & per ea nosmetipsos tibi perfice munus æternū. Alia secreta.

SVscipe quæsumus domine pro sacra cōnubij lege munus oblatū: & cuius largitor es operis, esto dispositor charitatis. Per dominum nostrum. Præfatio de Trinitate.

ÆTerne deus qui cum vnigenito filio tuo & spiritu sancto, vnus es deus, vnus es dominus. Non in vnius singularitate personæ: sed in vnius Trinitate substantię. Quod enim de tua gloria reuelante te credimus, hoc de filio tuo, hoc de spiritu sancto: sine differentia discretionis sentimus. Vt in confessione veræ sempiternæque deitatis, & in personis proprietas, & in essentia vnitas: & in maiestate adoretur æqualitas. Quem laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates. Cæli cælorumque virtutes ac beata Seraphim, socia exultatione concelebrant. Cum quibus & nostras voces: vt admitti iubeas deprecamur, supplici confessione dicētes. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt cœli & terra gloria tua: osanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine domini: osanna in excelsis. Canon, quęre in missali. Post vltimam ablutionem manuum priusquam incipiatur comm. Sacerdos stans in medio ante altarę & pallio extenso, vultu verso ad coniuges, tenentes candelas in manibus ardentes dicat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

PRopitiare domine supplicationibus nostris & institutis tuis, quibus propagationem humani generis ordinasti benignus assiste: vt quod te authore iungitur, te auxiliante seruetur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Sequitur benedictio sine.

Oremus.

Deus

DEus qui potestate virtutis tuę de nihilo cũcta fecisti: qui dispositis vniuersitatis exordijs homini ad imaginem dei facto, ideo inseparabile mulieris adiutorium condidisti: vt fœmineo corpori de virili carne dares principium, docens quod ex vno placuisset institui, nunquam liceret disiungi. Deus qui tam excellenti mysterio coniugalem copulam consecrasti: vt Christi & Ecclesię tuæ sacramentum pręsignares in fœdere nuptiarum. Deus per quem mulier iungitur viro & societas principaliter ordinata, ea benedi ✠ ctione donatur: quæ nec sola per originalis peccati pœnam, nec per diluuij est ablata sententiam. Respice domine super hanc famulam tuam quæ maritali iungenda est consortio: tua se expetit protectione muniri. Sit in ea iugum dilectionis & pacis, fidelis & casta nubat in Christo, imitatrixque sanctarum permaneat fœminarum. Sit amabilis vt Rachel viro, sapiens vt Rebecca, lõgęua & fidelis vt Sara. Nihil in ea ex actibus suis ille author præuaricationis vsurpet, nexa fidei mandatisque tuis permaneat vni thoro iuncta. Contactus illicitos fugiat, muniat infirmitatem suam robore disciplinæ. Sit verecundia grauis, pudore venerabilis, doctrinis cælestibus erudita. Sit fœcunda in sobole. Sit probata & innocens, & ad beatorum requiem, atque ad cælestia regna perueniat, & videat filios filiorum suorum vsque ad tertiam & quartam progeniem: & ad optatam perueniat senectutem. Per dominum. Nota quod ista benedictio non obseruatur quando alter coniugum fuit alias benedictus: iuxta c. vir autem. lib. 4. decretal. tit. 21 Hostien. Palud. in 4 d. 42. Nau. c. 22. nu. 83. Communio. Benedicimus deum cæli & coram omnibus viuentibus confitebimur ei quia fecit nobiscum misericor-

sericordiam suam. Post communio.

PRoficiat nobis ad salutem corporis & animę domine deus huius sacramenti susceptio: & sempiternę sanctæ Trinitatis eiusdemque indiuiduę vnitatis cõfessio. Oremus.

QVæsumus omnipotens deus instituta prouidentiæ tuæ pio amore comitare, vt quos legitima societate connectis: longæua pace custodias. Per dominum.

Missa finita & aqua benedicta data, coniuges debent capere candelas ardentes in manibus veniendo factum crucem vnam super altare, & illud osculando. Quo facto recedant.

MODVS ADMINISTRANDI sacramentum Eucharistiæ infirmis.



SEquitur ordo ad visitandum infirmum. Et primo sacerdos audiat confessionem ægroti: & interroget eum cauté ac discreté de omni suo statu à iuuentute vsque ad senectutem si necesse fuerit. Similiter & de fide Catholica. Præterea curet ordinare testamentum suum, nec non disponere bona sua. His peractis sacerdos admoneat eum (vel eam) dicendo verbis gallicis. N.

Mon amy (ou amye) vous congnoissez qu'il nous fault vne fois tous mourir, & qu'il nous fault porter en patience les tribulations de ce monde pour l'honneur de Dieu. Parquoy le principal œuure que vous puissiez faire c'est de prier à Dieu mercy & de luy demander sa misericorde & prendre ceste maladie en patience pour l'honneur de luy & de sa passion, car comme vous sçauez il à tant souffert de maulx pour nous tous, affin de nous racheter hors des mains de l'ennemy & des peines d'enfer que nul ne pourroit estimer ne penser. Et ainsi donc au iourd'huy vous luy demandez

demandez & requerez d'auoir mercy & pardon de voz pechez, & qu'il ne luy plaise point de vous punir selon sa iustice, mais luy requerez qu'il vous donne sa misericorde & sa grace qui est grande. Et semblablement qu'il vous pardonne voz pechez comme vous pardonnez à autruy pour l'honneur de luy. Et prenez bien en gré & en patience ceste maladie, ne faictes point? Respons. Ouy. N. Mon amy quelque chose qu'il soit, ayez tousiours confidence en Dieu & en sa misericorde, il est en luy de vous remettre en conualescence & santé, car il a en vous autant qu'il eut oncques, priez luy mercy & vous tenez tousiours en bon estat & n'ayez paour de rien, car il est prest de receuoir tousiours le pecheur contrit à sa misericorde. His omnibus adimpletis absoluatur ægrotus sine pœnitentia. Postea deuotè communicetur si petierit. Tunc sacerdos debet ei portare corpus domini superpellicio induto cum suo clerico & tenentur portare candelas ardentes & campanellam sonantem, quatenus populus faciat reuerentiam corpori Christi. Attestante Paulo & dicente. In nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium & infernorum. &c. Et intrando domum dicti patientis sacerdos dicat. Pax huic domui. Et clericus ℟. Et omnibus habitantibus in ea. Et tunc camera debet esse ornata secundum posse personarum. Ad recipiendum corpus domini debet esse mensa cooperta pulchra mapula. Et debet clericus curare vt sit vinum & omne necessarium. Tunc sacerdos dicat patienti verbis gallicis. N. Mon amy, ou amye, ie vous ay cy presentement apporté le corps de Iesu-Christ, estes vous disposé, ou disposée, pour le receuoir? ℟. Ouy. Sacerdos. Vous ne sçauez rien en vostre conscience


parquoy vous ne le puissiez bien receuoir? Respons. Non. Sacerdos. Se pardonnez à tous ceulx & celles qui vous ont messaict ou mesdit pour l'honneur de la passion de Dieu deuãt tout ce peuple cy present, & priez à Dieu mercy qu'il vous pardonne tous voz pechez comme vous pardonnez à autruy, ne faictes point? ℟. Ouy. Presbyter. C'est bien dit & par ainsi ie le vous bailleray. N. Voicy le corps de nostre Sauueur Iesu Christ lequel est conçeu du sainct Esprit, & né de la Vierge Marie, lequel pareillement à voulu souffrir passion & mort en l'arbre de la Croix pour nous tous, & descẽdre & rompre les enfers & resusciter au tiers iour pour nostre salut, puis monter és cieulx presens tous ses Apostres, & disciples, & doibt venir en fin iuger les vifz & les morts. Consequẽment vous croyés fermement au benoist sainct Esprit, nostre mere saincte Eglise, & la foy Catholique, la communion des sainctz, d'auoir aussi remission de tous pechez, & finablement la resurrection de la chair, c'est à sçauoir que le corps sera reuny & mis auec l'ame, & que nous resusciterons tous & aurons vie eternelle. Et ainsi vous croyés tout ce fermement, & quanque nostre mere saincte Eglise croit, & en ceste foy vous voulez viure & mourir & le receuoir, ne faictes point? ℟. Ouy.

Tunc sacerdos communicet eum, vel eam, dicendo.

Corpus domini nostri Iesu Christi custodiat corpus & animam tuam in vitam æternam. Amen. Tunc sacerdos tenetur dicere verbis gallicis. N. Mon amy vous deuez bien remerchier Dieu & luy rẽdre grace de ce qu'il vous est venu visiter, vous auez vn bon hoste logé auec vous & en vostre conscience, priez luy mercy de tous voz pechez, & qu'il vous doint tousiours bonne patience, & vous mettez en sa miseri-

misericorde & ne craignez point les illusions de l'ennemy, vous estes bien armé des armures de Dieu, puis que vous l'auez auec vous, ayez vraye confidence en luy & luy priez tousiours qu'il vous vœuille garder & defendre de toutes illusions, tentations & mauuaises pensées. Et a dieu soyez. Postea sacerdos faciat benedictionem cum corpore Christi super infirmum dicẽdo. ℣ sus. Adiutorium nostrum. ℣ sus. Sit nomen domini. Oratio. Oremus.

Benedictio dei patris omnipotẽtis & fi ✠ lij & spiritus sancti descẽdat super te & maneat semper in secula seculorũ. Amen. Postea referat corpus Christi ad Ecclesiam, Et ante ostium chori, coram populo dicat verbis gallicis. Bonnes gens qui auez accõpagnié le corps de Iesu-Christ, vous auez gaigné plusieurs pardons donnez par nostres saincts peres Papes, & principalemẽt de par Pape Vrbain.4. cent iours de vrays pardons. Et ceulx qui ont porté lumiere le double, auec ceulx que plusieurs Euesques & prelatz ont adioustez. Lesquelz seroient longs à declarer. Et affin de mieulx gaigner & acquerir lesditz pardons vous prirez Dieu pour le patient, & aussi direz le Pater noster, & Aue Maria. Affin que Dieu le tienne tousiours en estat de grace, & nous aussi, & qu'il nous vœuille garder de peché. Pour lesquelles choses nous dirons. ℣ sus. Adiutorium nostrum in nomine domini. Respõsoriũ. Qui fecit cœlum & terrã. ℣ sus Sit nomen domini benedictum. Oremus. Benedictio dei patris. vt sup. Postea reponat corpus Christi in locũ suũ. Inde sequuntur sex interrogationes ad placitum quę debeat fieri super agonizantes: hoc est hominibus constitutis in mortis articulo. Prima est ista. Sacerdos dicat verbis gallicis. N. Mon amy (ou amye) vous croyés fermement



la foy Catholique & toutes choses que nostre mere saincte Eglise à determiné de croire, comme les sainctz Sacremens & autres choses qui sont à nostre salut necessaires, ainsi comme vn bon Catholique & vray Chrestien doibt croire, vous le croyés & voulez viure & mourir en la foy de Dieu & de nostre mere saincte Eglise, Ne faictes point? Respons. Ouy. Secunda interrogatio. N. Mon amy n'estes vous point bien ayse & ioyeux en vous mesmes que vous mourez en la foy de Iesu Christ, muny des sacremés de nostre mere saincte Eglise comme vray fidel, & qu'il à pleu à Dieu de vous donner la grace de vous disposer de les receuoir, & aussi d'ordonner de voz biens temporelz, & de vostre estat, vous en estes bien ioyeux & en remerchiez Dieu vostre createur. Ne faictes point? Respons. Ouy. Tertia interrogatio. Sacerdos. N. Mon amy vous cognoissez bien de vous mesmes, comment vous auez offensé Dieu vostre createur par plusieurs foys, tant en pensées & machinations mauuaises, & aussi en parolles vaines & malicieuses & en mauldictes œuures esquelles vous pouuez auoir prins delectations & plaisances, parquoy vous pouuez griefuement auoir offensé Dieu, & fait des pechez mortelz innumerables. Lesquelz vous auez laissé & oublié par ignorance peult estre de les confesser, & entant que vous congnoissez en auoir offensé Dieu vous estes celuy qui luy en priez mercy. Ne faictes point? Respons. Ouy. Quarta interrogatio. N. Mon amy n'auez vous point desplaisance en vostre courage que vous auez tant de fois offensé Dieu & vescu en ce monde sans penser à vostre estat ne à la mort, ne considere qu'il nous fault vne fois tous mourir, & qu'en vostre viuant vous n'auez disposé autrement.

ment de vostre conscience, ne aussi amendé vostre vie comme vous auiez promis à Dieu par le moyen de voz beaux peres confesseurs qui à ce vous auoyent induit, & vous desplaist amerement que vous n'auez autremẽt faict & que vous auez tant courrouché Dieu, donc luy en requerez grace & mercy. Ne faictes point? Respons. Ouy. Quinta interrogatio. N. Mon amy n'auiez vous point proposé en vous mesmes auant ceste maladie d'amender vostre vie & de viure autrement en ce monde que vous n'auiez faict au parauant, en vous abstenant de pecher pour l'honneur de Dieu. Et se d'aduenture c'estoit son plaisir & volonté de vous remettre en conualescence & en santé, auez vous bon propos, couraige & volonté de vous garder & abstenir de pecher & y point retourner pour l'honneur de luy, & d'euiter & fuyr toutes mauuaises compaignies & seruir Dieu autrement que vous n'auez faict, & de plus souuent frequenter l'Eglise. N'est-ce point vostre volonté & propos? Respons. Ouy. Sexta interrogatio. N. Mon amy vous croyés fermement en Dieu & est la vostre esperance de paruenir en paradis s'il luy plaist, & non point par voz merites, ne par les biens que vous ayez faict en ce monde present, car vous n'auez mye tousiours esté bien disposé de vostre conscience, ne vescu en estat de grace comme vous deueriez auoir faict, mais vous auez confidence & esperance en la misericorde de Dieu, & en sa mort & passion qu'il à souffert pour nous tous, & par ses merites que vous paruerrez à la gloire eternelle, & non point par les vostres. Et par ainsi vous luy priez mercy en proposant par ces moyens de paruenir auec luy en paradis. Ne faictes point? ℞. Ouy. Septima non est interrogatio sed asseu-

asſecuratio. Mon amy ſe d'aduenture il vous vient aucune choſe au deuant, comme tentations de l'ennemy ou aucũs remors de conſcience ou crainte des pechez du temps paſſé, ayez touſiours ferme foy & fianche en Dieu, & mettez au deuant ſouuent le merite de la paſſion noſtre Sauueur Ieſu Chriſt qu'il à ſouffert pour vous & pour nous tous, en luy priant touſiours en voſtre couraige mercy, & qu'il luy plaiſe par ſon merite de vous deliurer de toutes illuſions & tentations. Et pareillement ayez bonne confidence en luy, demandant ſa miſericorde. Et le reclamez pluſieurs foys en diſant. Ayez pitié de moy Ieſus. Et his cum deuotione & contritione peractis dicit Anſelmus quod ſine dubio patiens ſaluabitur.

MODVS ADMINISTRANDI Sacramentum extremæ vnctionis.

INcipit ordo ad vngendum infirmum. Antequam vngatur infirmus: ingrediens presbyter cum aliquibus congregatis in domum infirmi dicat ter. Pax huic domui. Reſpons. Et omnibus habitantibus in ea. Quo facto ſacerdos aſpergat ægrotum aqua benedicta dicendo. Aſperges me domine. &c. Et ſciendum eſt quod non miniſtratur excommunicatis, nec pueris ante quartum decimum annum, nec furioſis, nec fatuis, nec ſanis. Sed ſolum grauiter infirmis. Poteſtque iterari, quoties poſt conualeſcẽtiam, periculum mortis ex infirmitate, recurrit: vt docet conc. Trid. ſeſſ. 14. cap. 3. S. Thom. Durand. Palud. In 4 diſt. 23. His peractis, & candelis accenſis debent dici ſeptem pſalmi pœnitentiales. Et ſic incipiat ſacerdos hanc antiphonam. Parce domine.

Psalmus Dauid. 6.



Omine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

M isercre mei domine quoniam infirmus sum: sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea.

E t anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?

C onuertere domine & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Q uoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

L aboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectũ meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

T urbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

D iscedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.

E xaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

E rubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

G loria patri & filio: & spiritui sancto.

S icut erat in principio & nunc & semper. Psalmus. 31.

B Eati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata.

B eatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Q uoniam tacui inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ęrumna mea dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.
Dixi, confitebor aduersum me iniustitiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione quę circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.
Intellectum tibi dabo & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus nō est intellectus.
In chamo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantem autem in domino misericordia circumdabit.
Lætamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri & filio. Sicut erat. Psalmus Dauid. 37.
DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipi-

insipientiæ meæ.
Miser factus sum & curuatus sum vsque in finem : tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis : rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desiderium meũ : & gemitus meus à te non est absconditus.
Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.
Amici mei & proximi mei : aduersum me appropinquauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe steterunt : & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates : & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam : & sicut mutus non aperiens os suum.
Et factus sum sicut homo non audiens : & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te domine speraui: tu exaudies me domine deus meus.
Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei : & dum cõmouentur pedes mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum : & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo : & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autem mei viuunt & confirmati sunt super me : &

multiplicati sunt qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine deus meus: ne discesseris à me.
Intende in adiutorium meum: domine deus salutis meæ.
Gloria patri & filio. Sicut erat. Psalmus David. 50.
MIserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.
Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meó munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientię tuæ manifestasti mihi.
Asperges me domine hyssopo & mūdabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.
Ne proiicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui:& spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Dn̄e labia mea aperies:& os meū annunciabit laudē tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non despicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.
Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Psalmus Dauid. 101.
DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fœnum & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhæsit os meum carni meæ.
Similis factus sum pelicano solitudinis:factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei:& qui laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.
A facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.
Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.
Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.
Tu exurgens Domine miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.
Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.
Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.
Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.
Scribantur hęc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit Dominum.
Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cęlo in terram aſpexit.
Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.
Vt annunçient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Hieruſalem.
In conueniendo populos in vnum: & Reges vt ſeruiant Domino.
Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatem dierum meorum nuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.
Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.
Gloria patri & filio. Sicut erat. Psalmus Dauid. 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris domine: dñe quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israël in dño.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus eius.
Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Psalmus Dauid. 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos sęculi, & anxiatus

est super me spiritus meus : in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis : & in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.
Velociter exaudi me Domine : defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuam : quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem : quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam : & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.
Et perdes omnes qui tribulant animam meam : quoniam ego seruus tuus sum.
Gloria Patri, & Filio : & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio. Antiph. Parce domine, parce famulo tuo vel famulæ tuæ, quem vel quam redemisti Christe pretioso sanguine tuo vt non in æternum irascaris ei.

SEQVITVR LITANIA.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Christe audi nos. Saluator mundi adiu. Sancta Dei genitrix. Ora pro eo. Si sit mulier dic. Ora pro ea.
Sancta Virgo Virginum ora pro eo, ea.

Sancta Maria. ij. ora pro eo, ea.
Sancte Michaël ora pro eo, ea.
Sancte Gabriel ora pro eo, ea.
Sancte Raphael ora pro eo, ea.
Sancta Cherubim orate pro eo, ea.
Sancta Seraphim orate pro eo, ea.
Omnes sancti Angeli & Archangeli Dei orate pro eo, ea.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ orate pro eo, ea.
Sancte Ioannes Baptista ora pro eo, ea.
Sancte Petre ora pro eo, ea.
Sancte Paule ora pro eo, ea.
Sancte Andrea ora pro eo, ea.
Sancte Iacobe ora pro eo, ea.
Sancte Ioannes Euangelista ora pro eo, ea.
Sancte Thoma ora pro eo, ea.
Sancte Iacobe ora pro eo, ea.
Sancte Philippe ora pro eo, ea.
Sancte Bartholomæe ora pro eo, ea.
Sancte Matthæe ora pro eo, ea.
Sancte Simon ora pro eo, ea.
Sancte Thadæe ora pro eo, ea.
Sancte Mathia ora pro eo, ea.
Sancte Barnaba ora pro eo, ea.
Sancte Marce ora pro eo, ea.
Sancte Luca ora pro eo, ea.
Omnes sancti Apostoli & Euangelistæ orate pro eo, ea.
Omnes sancti Innocentes orate pro eo, ea.
Sancte Stephane ora pro eo, ea.
Sancte Line ora pro eo, ea.
Sancte Clete ora pro eo, ea.

Sancte Clemens ora.
Sancte Sixte ora.
Sancte Corneli ora.
Sancte Cypriane ora.
Sancte Laurenti ora.
Sancte Hippolyte ora.
Sancte Romane ora.
Sancte Fabiane ora.
Sancte Sebastiane ora.
Sancte Cosma ora.
Sancte Damiane ora.
Sancte Christofore ora.
Sancte Dionysi cum socijs tuis ora.
Sancte Maurici cum socijs tuis. ora.
Sancte Gereon cũ so. t. ora.
Sancte Nicasi cum so. t. ora.
Sancte Quintine cũ so. t. ora.
Sancte Fusciane cũ so. t. ora.
Sancte Firmine ora.
Sancte Crispine ora.
Sancte Crispiniane ora.
Sancte Vincenti ora.
Sancte Blasi ora.
Sancte Thoma ora.
Sancte Lamberte ora.
Sancte Geruasi ora.
Sancte Prothasi ora.
Sancte Leodegari ora.
Omnes sãcti Martyres orate.
Sancte Vedaste. bis. ora.
Sancte Siluester ora.
Sancte Leo ora.
Sancte Hieronyme ora.
Sancte Augustine ora.
Sancte Ambrosi ora.
Sancte Gregori ora.
Sancte Hilari ora.
Sancte Martine ora.
Sancte Bricti ora.
Sancte Remigi ora.
Sance Germane ora.
Sancte Gaugerice ora.
Sancte Auberte ora.
Sancte Vindiciane ora.
Sancte Eligi ora.
Sancte Amande ora.
Sancte Amate ora.
Sancte Nicolae ora.
Sancte Antoni ora.
Sancte Ægidi ora.
Sancte Fursee ora.
Omnes sancti Confessores. orate pro eo, ea.
Sãcta Maria Magdalena ora.
Sancta Martha ora.
Sancta Felicitas ora.
Sancta Perpetua ora.
Sancta Agatha ora.

S ancta Agnes ora. S ancta Spes ora.
S ancta Cęcilia ora. S ancta Charitas ora.
S ancta Lucia ora. S ancta Maria Ægyptiaca
S ancta Catharina ora. ora pro eo, ea.
S ancta Thecla ora. S ancta Iuliana ora.
S ancta Margareta ora. S ancta Anna ora.
S ancta Fides ora. S ancta Elisabeth ora.
O mnes sanctæ Virgines orate pro eo, ea.
O mnes sancti. ter. orate pro eo, ea.
P ropitius esto. Libera eum, eam, domine.
P ropitius esto. Parce ei domine.
P ropitius esto. Exaudi eum, eam, domine.
A peccatis nostris. Libera eum, eam, domine.
A varijs languoribus Libera eum, eam, domine.
A b insidijs diaboli. Libera eum, eam, domine.
A peste & clade. Libera eum, eam, domine.
A subitanea morte. Libera eum, eam, domine.
A b omni immũditia mentis & corporis. Libera eum, eam.
A b omni potestate diaboli. Libera eum, eam, domine.
P er Aduentum tuum. Libera eum, eam, domine.
P er Natiuitatem tuam. Libera eum, eam, domine.
P er Ieiunium tuum. Libera eum, eam, domine.
P er Tentationem tuam. Libera eum, eam, domine.
P er Passionem & crucem tuam Libera eum, eam, domine.
P er gloriosam Resurrectionem tuam. Libera eũ, eam, dñe.
P er admirabilem Ascensionem tuam. Libera eum, eam, do:
P er gratiam sancti Spiritus paracliti. Libera eum, eam, dñe.
I n die iudicij. Libera eum, eam, domine.
P eccatores. Te rogamus audi nos.
V t pacem tuam ei dones. Te rogamus audi nos.

Vt compunctionem cordis ei dones. Te rogamus audi.
Vt gratiam sancti spiritus cordi illius infundere digneris. Te
Vt in præsenti periculo ei succurrere digneris. Te roga.
Vt ad gaudia ęterna eum, vel eam, perducere digneris. Te.
Vt nos exaudire digneris. Te rogamus audi nos.
Vt nos adiuuare digneris. Te rogamus audi nos.
Fili Dei. iij. Te rogamus audi nos.
Agnus Dei qui tollis peccata mũdi: parce nobis & isti dñe.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: miserere nobis & isti domine.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi: dona nobis pacem & isti domine. Christe audi nos. ter. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et ne nos. Sed libera. Preces. Saluum fac seruum tuum dñe vel Saluã fac seruam tuam dñe. Deus meus sperãtem in te. Dominus conseruet eum, eam, & viuificet eum, eam. Et beatum, beatam, faciat eum, eam, in terra & non tradat eum, eam, in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius, Dominus custodiat eum, eam, ab omni malo. Custodiat animam eius dominus. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de Sion tuere eum, eam, domine. Nihil proficiat inimicus in eo, ea, Et filius iniquitatis non apponat nocere ei, Esto ei Domine turris fortitudinis. A facie inimici. Domine auerte faciem tuam à peccatis eius. Et omnes iniquitates eius dele. Cor mundum crea in eo, ea, Deus. Et spiritum sanctum tuum ne auferas ab eo, ea. Exurge domine adiuua eum, eam. Et libera eum, eam, propter nomen sanctum tuum. Domine deus virtutum conuerte eum, eam. Et ostende faciem tuam & saluus, salua, erit. Domine exaudi ora-

di orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens mitissime Deus: respice propitius ad preces nostras & libera cor famuli tui, vel famulæ tuæ, de malarum tētatione cogitationum, vt sancti spiritus dignum fieri habitaculum mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Oremus.

DEus qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, illumina quæsumus cor famuli tui, vel famulæ tuæ, gratiæ tuæ splendore, vt digna maiestatis tuæ cogitare & diligere valeat. Per Christum. Oremus.

DImitte domine peccata nostra: & tribue nobis misericordiam tuam, qua oris tui alloquio deprecamur vt famuli tui, vel famulæ tuæ, humilitatem & angustiam attendas, vincula soluas, delicta deleas, tribulationem inspicias, effectumque petitionis nostræ largiens clementer exaudias. Per Christum. Oratio.

DEus misericors, Deus clemens qui secundum multitudinem miserationum tuarum peccata pœnitentium deles, & præteritorum criminum culpas venia remissionis euacuas: respice super hunc famulum tuum, vel hanc famulam tuam, & remissionem omnium peccatorum suorum tota cordis confessione poscentem deprecatus exaudi: renoua in eo, ea, pijssime pater quicquid terrena fragilitate corruptum vel quicquid diabolica fraude vitiatum est: & in vnitate corporis Ecclesiæ tuæ membrorum perfecta remissione restitue, miserere domine gemituum, miserere lacrymarum, & non habentem fiduciam, nisi in misericordia tua ad sacramentum reconciliationis admitte. Per Christum. Oremus. Oratio.

MAiestatem tuam quæsumus Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui non vis mortem peccatorum sed semper vitam inquiris: respice flentem famulum tuum, vel famulam tuam, attēde prostratum, eiusque planctum in gaudium tua miseratione conuerte, scinde delictorum saccum: & indue eum, eam, lætitia salutari, vt post longam peregrinationis famem de sanctis altaribus tuis satietur, ingressusque cubiculum regis benedicat nomen tuum quod est benedictum semper in sæcula sęculorum. Amen.

Hic aspergatur aqua benedicta. Si breuis vitę appareat dicitur tantummodo post litaniam hęc oratio. Oremus.

DOmine deus qui per Apostolum tuum Iacobum locutus es, infirmatur quis in vobis; inducat presbyteros Ecclesię & orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & si in peccatis sit dimittentur ei. Cura quęsumus domine redemptor noster gratia spiritussancti languores istius infirmi, infirmę, & eius sana vulnera ac dimitte peccata, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo, ea, expelle, & plenam ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde: vt ope misericordię tuę restitutus, restituta, & sanatus, sanata, ad pristina pietatis tuæ reparetur officia. Per Christum. In ista parte sacerdos stet ad dexteram infirmi dicēs. Antiph. Sana domine infirmum istum, infirmam istam, cuius ossa conturbata sunt, & cuius anima turbata est valdè, sed tu domine conuertere & sana eum, eam, & eripe animam eius à morte. Psalm. Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Et dicitur primus versus tantum, cum Gloria Patri &.

Sicut erat. Et repetatur. Antiph. Sana. Oratio.

ORemus Dominum nostrum Iesum Christum & cum omni supplicatione rogemus: vt hunc famulum suum, vel hanc famulam suam, per angelum sanctum suum visitare, lętificare & confortare dignetur. Qui viuit & regnat. Antiph. Deus locutus est discipulis suis dicens: in nomine meo dæmonia eijcite, & super infirmos manus vestras imponite & bene habebunt. Psalm. Deus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram. Solum versum cum Gloria Patri & Filio. Sicut erat in principio & nunc. Et reincipitur. Antiph. Deus locutus. Oratio.

DEus qui Ezechiæ famulo tuo ter quinos annos ad vitam donasti: ita & hunc famulum tuum, vel hanc famulam tuam, à lecto ęgritudinis tua potentia erigat ad salutem. Per Dominum. Antiph. Cor mundum & humiliatum Deus non despicies. Psalm. Miserere mei Deus secundum. vt suprà in psalmis, repetitur. Antiph. Cor mundum. Oremus.

REspice domine famulum tuum, vel famulam tuam, in infirmitate sui corporis laborantem, & animam refoue, quam creasti: vt castigationibus tuis emendatus, emendata, continua se sentiat tua medicina esse saluatum, saluatam. Per Christum. Antiph. Succurre domine infirmo, infirmæ, isti in præsenti ægritudine decidenti, & medicare eum, eam, spirituali medicamine, vt in pristina sanitate à te restitutus, restituta, gratiarum tibi in Ecclesia tua referat actiones. Psalmus 119.

AD dominum cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosã?
Sagittę potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cùm loquebar illis impugnabant me gratis.
Gloria Patri, & Filio. Sicut erat in principio & nunc & sem.
Reiteratur. Antiph. Succurre. Oratio.

ADesto domine supplicationibus nostris nec sit ab hoc famulo tuo, vel hac famula tua, clementiæ tuæ longinqua miseratio, sana vulnera eius ac remitte peccata: vt nullis iniquitatibus à te separatus, separata, tibi semper valeat adhærere. Per dom. His factis vngat sacerdos infirmum, infirmam, oleo sancto. Videlicet locis aqua prius lotis spongiaque tersis. Incipiendo primo ad oculos & consequenter ad alios sensus gradatim qui debent vngi. Et ponatur sanctum oleum in modum crucis dicendo quæ sequuntur. Et primo in necessitate breuioris vitæ vigente.

Sequitur Oratio.

IN nomine ✠ Patris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ sancti, sit tibi hæc vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis & corporis, ad munimen & defensionem contra immundorum spirituum iacula. Per Christum. Oratio.

PEr istam sanctam vnctionem & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi dominus quicquid peccasti per visum. In nomine Patris & Fi ✠ lij & Sspiritusssancti. Amen. Et sic ad alios sensus dicatur. Ad aures. Quicquid peccasti per auditum. Ad nares. Per odoratum. Ad labia. Per gustum. Ad manus. Per tactum. Ad pedes. Per incessum. In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti. Amen.

Amen. Alter modus sequitur ad dandam extremam vnctionem illi cui periculum mortis non ita imminet. Et primo sic incipitur. Oratio.

IN nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti, sit tibi hæc vnctio olei sanctificati ad purificationem mentis & corporis, ad munimen & defensionem contra immundorum spirituum iacula. Per Christum. Amen. Ad oculos.

VNgo supercilia oculorum tuorum oleo sanctificato In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti: vt quicquid illicito visu deliquisti per huius olei vnctionem expietur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad aures.

VNgo aures tuas olei sacrati liquore, In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti, vt quicquid nociui auditus admissum est, medicina spiritualis euacuet. Per Christum Dominum nostrum. Ad nares.

VNgo has nares oleo sacrato, In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti: vt quicquid noxij contractum est odoratus, ista mundet medicatio. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Ad labia.

VNgo labia ista consecrati olei medicamento, In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti, vt quicquid ociosa vel etiam criminosa locutione peccasti, diuina miserante clementia expurgetur hac vnctione. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Ad manus.

VNgo has manus oleo benedicto, In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritussancti: vt quicquid illicito vel etiam noxio opere peregerunt, per hanc vnctionem euacuetur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Ad pedes.

VNgo hos pedes oleo conſecrato, In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritus ſancti, vt quicquid ſuperfluo vel etiam nociuo inceſſu commiſerunt, perunctio iſta aboleat. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen. Oratio.

PEr iſtam ſacratiſſimam vnctionem & ſuam pijſſimam miſericordiam & bene ✠ dictionem indulgeat tibi Dominus quicquid peccaſti per viſum, per auditum, per odoratum, per guſtum, per tactum, per greſſum pedum: & abſoluat te ab omnibus peccatis tuis. In nomine Patris & Fi ✠ lij & Spiritus ſancti. Amen.

Vncto infirmo dicat ſacerdos has ſequentes orationes.

VNxi te oleo ſanctificato inuocata magni creatoris maieſtate, qui iuſſit Samuelem Prophetam vngere Dauid in Regem. Operare creatura olei in nomine Dei Patris omnipotentis: vt non lateat hic ſpiritus immundus, neque in membris, neque in medullis, neque in vlla compagine membrorum, ſed inhabitet in eo virtus Chriſti altiſſimi & ſanctificatio ſpiritus ſancti. Per eumdem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum qui viuit & regnat in vnitate eiuſdem ſpiritus ſancti Deus. Per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. Alia oratio. Oremus.

DOmine Ieſu Chriſte qui es redemptio & ſaluatio noſtra, & qui es vera ſalus & medicina, & à quo omnis ſanitas & medicamentum venit: qui Apoſtoli tui voce nos inſtruis, vt languidos olei liquore tangentes tuæ poſtulemus miſericordiam pietatis: reſpice propitius ſuper hunc famulum tuum, vel hanc famulam tuam, ab illa mirabili ſummitate cælorum, vt quem languor curuat ad exitum, & virium contractio iam pertrahit ad occaſum, medela tuę

gratiæ

gratiæ ſaluti reſtituat caſtigatum; extingue in eo, ea, libidinum & febrium æſtus, dolorum ſtimulos, ac vitiorum obtere cruciatus, ægritudinum & cupiditatum tormenta diſſolue, ſuperbiæ inflationem tumoremque compeſce, vlcera & putredines euacua, viſcerum interna, cordiumque ac medullarum & cogitationum ſana diſcrimina, conſcientiarum atque plagarum obducito cicatrices, phyſicis typiciſque adeſto periculis: veteres immenſaſque remoue paſſiones, opera carnis, ac ſanguinis materiam compone, ac delictorum veniam illi propitiatus attribue: ſicque illum iugiter pietas tua cuſtodiat, vt nec ad corruptionem aliquando ſanitas, nec ad perditionem te auxiliante nunc perducat infirmitas: fiatque illi hæc olei ſacra perunctio, concita morbi pręſentis expulſio, & peccatorum omnium optata remiſſio, te concedente Saluator mundi. Qui viuis & regnas Deus. Per omnia. Alia oratio. Oremus.

PRopitietur Dominus cunctis iniquitatibus tuis, & ſanet omnes languores tuos: redimatque de interitu perpetuæ mortis vitam tuam, & perficiat in bonis omnibus deſiderium tuum. Qui ſolus in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus per immortalia ſæculorum ſæcula. Amen. Oremus. Oratio.

DEus qui facturæ tuæ pio ſemper dominaris affectu: inclina aurem tuam ſupplicationibus noſtris vt famulum tuum, vel famulam tuã, ex aduerſa valitudine corporis laborãtem placatus reſpice: & viſita in ſalutari tuo ac cæleſtis gratiæ præſta medicinam. Per Chriſtum. Oremus.

DEus qui humano generi ſalutis æternæ remedium contuliſti, conſerua famulo tuo, vel famulæ tuę, tuarum dona virtutum: & concede vt medelam tuam non ſolum.

lum in corpore sed etiam in anima sentiat. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Alia oratio. Oremus.

VIrtutum cælestium Deus qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis: adesto propitius huic famulo tuo, vel famulæ tuæ, vt fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum instaurata protinus sanitate benedicat. Per Dominum. Super infirmum. Oratio.

DOminus IesusChristus apud te ✠ sit vt te defendat, amen. Intra te sit ✠ vt te reficiat, amen. Circa te sit ✠ vt te conseruet, amen Ante te sit ✠ vt te deducat, amen. Post te sit ✠ vt te conseruet, amen. Super te sit ✠ vt te benedicat. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus. Per. Benedictio.

BEnedicat ✠ te Deus Pater, Amen. Sanet ✠ te Dei Filius, amen. Illuminet ✠ te Spiritus sanctus, amen. Corpus tuum ✠ custodiat, amen. Animam tuam ✠ saluet, amen. Cor tuum ✠ irradiet, amen. Sensum tuum ✠ dirigat, & ad supernam vitam te perducat. Qui in Trinitate perfect. Alia Benedictio.

BEnedicat ✠ te Deus cęli, amen. Adiuuet te ✠ Christus Filius Dei, amen. Illuminet te virtus Spiritus ✠ sancti, amen. Corpus tuum in seruitio suo custodiri ✠ & conseruari faciat, amen. Mentem tuam ✠ illuminet, amen. Sensum tuum ✠ custodiat, amen. Gratiam suam ad profectum animæ tuæ ✠ in te augeat, amen. Ab omni malo ✠ te liberet, amen. Dextera sua ✠ te defendat, amen. Qui sanctos suos semper adiuuat ✠ ipse te adiuuare dignetur. Per omnia sæcula sæculorum.

Alia benedictio.

BEnedicat ✠ te Deus Pater qui in principio cuncta creauit, amen. Benedicat ✠ te Dei Filius qui de supernis sedibus pro nobis saluator descendit, amen. Benedicat ✠ te Spiritus sanctus qui in similitudine columbæ in flumine Iordanis requieuit in Christo, amen. Ipseque te in Trinitate sanctificet: quem omnes gentes venturum expectant ad iudicium. Qui cum Deo patre.

Alia benedictio.

BEnedicat ✠ te Deus Pater, amen. Custodiat te ✠ Iesus Christus, amen. Illuminet te Spiritus ✠ sanctus omnibus diebus vitæ tuæ, amen. Confirmet te ✠ virtus Christi, amen. Indulgeat tibi dominus ✠ vniuersa delicta tua. Qui in Trinitate perfecta viuit & regnat Deus. Per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Alia benedictio.

BEnedictio Dei Pa ✠ tris & Fi ✠ lij & Spiritus ✠ sancti descendat super te & maneat semper in sæcula sæculorum. Amen. Si superuixerit & sacerdos ad hoc rogatus fuerit visitetur per septem dies. Et dicuntur orationes sequentes, aut vna ex passion. Domini vel Symbolum Athanasij, scilicet, Quicunque vult saluus esse. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus qui subuenis in periculis & necessitate laborantibus, maiestatem tuam suppliciter exoramus: vt mittere digneris sanctum Angelum tuum qui famulum tuum, vel famulam tuam, in angustijs & necessitatibus laborantem cõsolationibus tuis attollat, quibus & de presenti consequatur auxilium, & æterna remedia comprehendat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pro reddenda sanitate oratio. Oremus.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui benedictionis tuę gratiam ęgris infundendo corporibus, facturam tuam multiplici pietate gubernas: ad inuocationem tui sancti nominis, benignus assiste; vt famulum tuum liberatum, vel famulam tuam liberatam, ab ægritudine & sanitati donatum, dextera tua erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, Ecclesię tuę sanctisque altaribus tuis cum omni prosperitate desiderata restituas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Sequuntur aliæ orationes bonæ & vtiles dicendæ super agonizantes. Dic primo Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Domine miserere nobis. Pater noster. Aue Maria. Saluator mundi salua nos qui per crucem tuam & sanguinem tuum redemisti mundum, auxiliare nobis, te deprecamur Deus noster. Oratio ad Iesum Christum. Oremus.

DOmine Iesu Christe per agoniam & orationem tuam sacratissimam qua orasti pro nobis in monte oliueti quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, obsecro te vt multitudinem sanguinei sudoris tui, quem præ timore angustiæ tuæ copiosissimé pro nobis effudisti; offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum huius famuli tui, vel famulæ tuæ, & libera eum, eam, in hac hora mortis suæ ab omnibus pœnis & angustijs quas pro peccatis suis timet se meruisse. Qui cum patre. Secundo dic. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Domine miserere nobis. Pater noster. Aue Maria. Sanctifica nos domine signaculo sanctę crucis vt fiat nobis obstacu-

obstaculum contra sæua iacula omnium inimicorum : defende nos per lignum sanctum & pretium iusti sanguinis tui cum quo nos redemisti.

Alia oratio ad Iesum Christum.

DOmine Iesu Christe qui pro nobis mori dignatus es in cruce : obsecro te vt amaritudines omnium pœnarum tuarum quas pro nobis miseris peccatoribus sustinuisti in cruce quando sanctissima anima tua egressa est de corpore tuo : offerre & ostendere digneris Deo Patri omnipotenti pro anima famuli tui, vel famulæ tuæ, & libera eum, eam, in hac hora exitus sui ab omnibus pœnis & passionibus quas pro peccatis se timet meruisse. Qui viuis. &c. Tertio dic sic Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Domine miserere nobis. Pater noster. Aue Maria. Protege, salua benedic ✠ & sanctifica domine famulum tuum, vel famulam tuam, per signum sanctæ crucis, morbos auerte animę & corporis, ac contra hoc signum nullum stet periculum.

Oratio.

DOmine Iesu Christe qui per os prophetæ tui dixisti: charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miseratus tui : obsecro te vt eamdem caritatem tuam quę de cęlo in terram ad tolerantias omnium passionum tuarum & amaritudinum te attraxit: offerre & ostendere digneris Deo patri omnipotenti contra omnes pœnas & passiones huius famuli tui, vel famulæ tuæ, quas pro peccatis suis timet se meruisse : salua animam eius in hac hora exitus sui, & aperi ianuam vitę, & fac eum, eam, gaudere cum sanctis in gloria æterna. Qui cum Deo patre.

Pro amico defuncto. Oratio.

SVscipe pijssime Deus in sinu Abrahæ Patriarchæ animam famuli tui, vel famulæ tuę, eamque sanctis & electis tuis omnibus adiunge: sed ne ei noceat culpa carnis ad pœnam, prosit illi tuę miseratio pietatis ad veniam. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Hæc sequens oratio dicitur in domo defuncti, antequam deportetur corpus ad Ecclesiam dicto psalmo De profundis clamaui ad te Domine. cum precibus consuetis. Oremus.

SVscipe Domine animam famuli tui, vel famulæ tuæ, quam de ergastulo huius sæculi vocare dignatus es: & libera eam de principibus tenebrarũ, & de locis pœnarum, vt absoluta omnium vinculo peccatorum, quietis ac lucis æternæ beatitudine perfruatur, & inter sanctos & electos tuos in resurrectionis gloria resuscitari mereatur.

Finalis & generalis. Oratio.

FIdelium deus omnium conditor & redemptor, animabus omnium fidelium defunctorum, remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgẽtiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Per te Iesu Christe Saluator mundi. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuis & regnas Deus, Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Sequuntur vigiliç mortuorum. Ad Vesperas. Antiph.



Placebo. ps. D ilexi quoniam. Euouae. Psalmus 114.



Ilexi, quoniam exaudiet dominus: vocem orationis meæ.

Q uia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.

C ircumdederũt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

T ribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam misericors dominus & iustus: & deus noster miseretur.


C ustodiens paruulos Dominus: humiliatus sum & liberauit me.

C onuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.


Q uia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.

P lacebo Domino: in regione viuorum.

R equiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.




P lacebo Domino in regio ne viuorum. Antiph.




Psalmus 119.

AD dominum cũ tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua dolosa.
Quid detur tibi aut quid apponatur tibi: ad linguã dolosã?
Sagittę potentis acutę: cum carbonibus desolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multùm incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus: cùm loquebar illis impugnabant me gratis.
Requiem æternam dona eis domine.

Antiphona.



Añа.



Psalmus 120.

LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet: qui custodit Israel.

Dominus custodit te: Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.
Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Requiem æternam dona eis Domine. Antiphona.



Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam



tuam dominus. Aña. Si iniquitates. Euouae. Psalmus 129.


DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris Domine: Dñe quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israël in Domino.
Quia apud dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus eius.

Re-

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis




sustinebit? Aña. Opera. Seculorum amen.

Psalmus 137.

COnfitebor tibi domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum: & confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum.
In quacunque die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs dñi: quoniam magna est gloria domini.
Quoniam excelsus Dominus & humilia respicit: & alta à longe cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me, domine misericordia tua in sæculum: opera manuum tuarum ne despicias.
Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Opera manuum tuarum domine ne deſpicias. Antiph.



Abſolue do mine Pſal. Magnificat. Seculorum amen.

Canticum beatæ Mariæ. Lucæ primo.

MAgnificat anima mea dominum.
Et exultauit ſpiritus meus: in deo ſalutari meo.
Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna qui potens eſt: & ſanctum nomen eius.
Et miſericordia eius à progenie in progenies: timētibus eū.
Fecit potentiam in brachio ſuo: diſperſit ſuperbos mente cordis ſui.
Depoſuit potentes de ſede: & exaltauit humiles.
Eſurientes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Suſcepit Iſrael puerum ſuum: recordatus miſericordiæ ſuæ.
Sicut locutus eſt ad patres noſtros: Abraham & ſemini eius in ſæcula.
Requiem ęternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.

Antiphona.



Abſolue do mine a nimas eorum ab omni vin-



culo delictorum vt in resurrectionis gloria in-



ter sanctos tuos resusci ta ti respirent.

Nota quòd immediatè post hanc prędictā antiphonam, Absque versu, Incipit chorus antiphonam sequentem.

In primo nocturno. Antiphona.



Di rige. Psal. Verba mea. Seculorum amen. Psalmus 5.

VErba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.

Intende voci orationis meæ: rex meus & deus meus.

Quoniam ad te orabo Domine: manè exaudies vocem meam.

Manè astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malignus: neque parmanebunt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iuſtitia tua propter inimicos meos: dirige in conſpectu tuo viam meam.

Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.

Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant: iudica illos deus.

Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et lætentur omnes qui ſperant in te: in ęternum exultabunt, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iuſto.

Domine vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Di rige domine de us meus in conſpectu tuo



viam meam. Antiph. Conuertere. Euouae.

Pſalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me


domine quoniam conturbata sunt ossa mea.
E t anima mea turbata est valde: sed tu domine vsquequo?
C onuertere domine & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.
Q uoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
L aboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.
T urbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.
D iscedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit dominus vocem fletus mei.
E xaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.
E rubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.
R equiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Conuertere domine & eripe animam meam: quo-



niam non est in morte qui memor sit tui. Antiph.



Nequando. Euouae.

Psalmus

Psalmus 7.

DOmine deus meus in te speraui: saluum me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me.

N equando rapiat vt leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui saluum faciat.

D omine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

S i reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis.

P ersequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

E xurge domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

E t exurge domine deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorum circundabit te.

E t propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos.

I udica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me.

C onsumetur nequitia peccatorum & diriges iustum: scrutans corda & renes deus.

I ustum adiutorium meum, à domino: qui saluos facit rectos corde.

D eus iudex iustus fortis & patiens: nunquid irascitur per singulos dies.

N isi conuersi fueritis gladium suum vibrauit: arcum suum tetendit & parauit illum.

E t in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniuſtitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipſius iniquitas eius deſcendet.

Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius: & pſallam nomini domini altiſſimi.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Nequando rapiat vt leo animam meam dum non eſt



qui redimat neque qui ſaluum faciat. Verſus.

Conuertere domine & eripe animam meam. ℟. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. Pater noſter. Et ne nos. Non dicitur. Lectio prima. Iob 7.

Parce mihi domine: nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo quia magnificas eum: aut quid apponis erga eum cor tuum? Viſitas eum diluculo: & ſubito probas illum. Vſquequo non parcis mihi: nec dimittis me vt glutiam ſaliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi ô cuſtos hominum? Quare poſuiſti me cõtrarium tibi: & factus ſum mihi metipſi grauis? Cur non tollis peccatum meum: & quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in puluere dormio: & ſi manè me quæſieris, non ſubſiſtam. ℟.

Qui la zarum resuscitasti à monumen to

fœti dum. Tu e is do mi ne dona re qui em

& locum indul gentię. ℣sus. Requiem

æternam do na e is domi ne: & lux perpetua


lu ceat e is. Tu e is. Lectio ij. Iob 10.

TÆdet animam meam vitæ meæ: dimittam aduersum me eloquium meum. Loquar in amaritudine animæ meæ: dicam deo. Noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris & opprimas me opus manuum tuarum: & consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui: & anni tui sicut humana sunt tépora? Vt quęras ini-

ras iniquitatem meam: & peccatum meum scruteris. Et scias quia nihil impium fecerim: cùm sit nemo qui de manu tua possit eruere. Responsorium.
















Et



Lectio tertia. Iob 10.

MAnus tuæ Domine fecerunt me: & plaſmauerunt me totum in circuitu: & ſic repente pręcipitas me? Memento quæſo quòd ſicut lutum feceris me: & in puluerem reduces me. Nónne ſicut lac mulſiſti me: & ſicut caſeum me coagulaſti? Pelle & carnibus veſtiſti me: oſſibus & neruis compegiſti me. Vitam & miſericordiam tribuiſti mihi: & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum. ℟.







Verſus. Tremor magnus






actus cuiusque nostrum. In die.

Dominicis diebus & feria quarta. Responsorium.




QVi so lus in mortuis vi uis, assimilatus



fui sti vulnera tis dormienti bus proic ctis



in monumen tis. Libera e as de lacu no-



uissimo de te nebrosis & profun dis. Versus.



Non in tres in iudicium cum seruis tuis



domi ne quia non iustifi ca bitur in conspe-


ctu tuo



Feria secunda & quinta. Responsorium.













Feria tertia & sexta. Responsorium.

Quomodo confitebor ti bi do mi ne

de us meus quando veneris in iudi cium tuum,

quia cor meum mundum non cu stodi ui:

animam me am in car ne po sitam

pollu i: templum cor po ris me i.

de ope re iniqui ta tis coinqui na ui:

p e cor te do mi ne



antequam discutias me, Misere re me i.

Versus. Tibi so li pecca ui domi ne.



Misere re me i. In secundo noct. Antiph.

In loco. Psal. Dominus regit. Euouae. Psalmus 22.

DOminus regit me & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.


Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.

Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala quoniam tu mecum es.

Virga tua & baculus tuus: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam: aduersus eos qui tribulant me.

Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me : omnibus diebus vitæ meæ.
Et vt inhabitem in domo Dñi : in longitudinem dierum.
Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.

In loco pascuæ ibi me collacouit, Antiphona.

Delicta. Euouae. Psalmus 24.

AD te domine leuaui animam meam : Deus meus in te confido, non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei:etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.
Confundantur omnes iniqua agentes : superuacuè.
Vias tuas Domine demonstra mihi : & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua & doce me : quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tuarum domine:& misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.
Delicta iuuentutis meę:& ignorãtias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu : propter bonitatem tuam domine.
Dulcis & rectus dominus:propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio : docebit mites vias suas.

Vniuer-

Vniuersæ viæ Domini misericordia & veritas requirentibus testamentum eius: & testimonia eius.

Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit?

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram.

Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam & erue me: non erubescam quoniam speraui in te.

Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.


Libera deus Israel: ex omnibus tribulationibus suis.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Delicta iuuentutis meæ & ignorantias meas ne





Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?

Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocētes: vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei: ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra:non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.

Vnam petij à domino, hanc requiram: vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meę.

Vt videam voluntatem domini: & visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, & nunc exaltauit caput meum: super inimicos meos.

Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam domino.

Exaudi domine vocem meam qua clamaui ad te:miserere mei & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto domine, ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus.

Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua, & dirige me in semita recta: propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: & mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini: in terra viuentium.

Expecta dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum: & sustine dominum.

Requiem æternam dona eis Domine. Antiphona.



Credo vide re bona domini in terra vi uentium.



Versus. Delicta iuuentutis meæ. Responsorium.
Et ignorantias meas ne memineris Domine.

Lectio quarta. Iob 13.

RElponde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata: scelera mea atque delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis: & arbitraris me inimicum tuum? Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam: & stipulam siccam persequeris. Scribis enim contra

me amaritudines: & consumere me vis peccatis adolescétię meę. Posuisti in neruo pedem meum: & obseruasti omnes semitas meas: & vestigia pedum meorum cõsiderasti. Qui quasi putredo consumendus sum: & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Responsorium.

DOmine secundum actum me um noli me

iudi ca re, nihil dignum in conspectu

tu o e gi. Ideo de pre cor ma-

iestatem tu am, vt tu deus deleas ini-

quita tes me as. ℣sus. Tibi soli


peccaui, & malũ co ram te fe ci. Id.

Lectio


Lectio quinta. Iob 14.

HOmo natus de muliere, breui viuens tempore: repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur & conteritur & fugit velut vmbra: & nunquam in eodem statu permanet. Et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: & adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum, de immundo conceptum semine? Nónne tu qui solus es? Breues dies hominis sunt: numerus mensium eius apud te est. Constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo vt quiescat donec optata veniat: & sicut mercenarij dies eius.


Responsorium.



HEu mihi do mine quia pecca ui nimis in



vita mea, quid faciam miser, v bi fugi am




nisi ad te de us me us, mise re re



me i. Dum vene ris in nouissimo die.







Lectio sexta. Iob 14.

QVis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me: & abscondas me donec pertranseat furor tuus: & constituas mihi tempus in quo recorderis mei? Putásne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus quibus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: & ego respondebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti: sed parce peccatis meis. Responsorium.









deus & ſal ua me. Verſus. De profundis cla-



maui ad te domine domine exaudi vocem



me am. Quia in infer no nulla.

Dominica & feria quarta. Reſponſorium.




ROgamus te domi ne de us no ſter,



vt ſuſcipi as animas illo rum defuncto-



rum pro quibus ſanguinem tu um fu diſti.



Re cordare qui a puluis ſu mus, & ho-

mo ſicut fœ num & flos a gri. Verſus.

Miſe ricors & miſera tor & iu ſte domine. Re.

Feria ſecunda & quinta. Reſponſorium.

AB ſolue domine a ni mas eorum

ab omni vinculo de li ctorum: non

e as tor men tum mor tis attingat. Non reorum ca-

the na conſtringat, ſed miſeratio tua in

pacis eas ac lucis regione con-

ſtituat.

ſtituat. ℣ſus. Si quæ illis ſunt domine di-

gnæ cruciatibus culpæ, tu e is gratia lenita-

tis indulge. Non. Feria tertia & ſexta. Reſponſorium.

MA nus tu ę domi ne fe cerunt

me & plaſma uerunt me totum: ego au-

tem ho mo natus de muli e re bre ui

vi uens tempo re. Pecca ui, iniquita tem

feci

fe ci in conſpectu tu o. Verſus.

Dum veneris iudicare no li me condemna-

re ne gaude at inimicus meus ſuper me.

Pecca ui, iniquita tem fe ci.

Complaceat. Pſal. E xpectans. Euouae.

Pſalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum : & intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas & eduxit me de lacu miſe-
riæ : & de luto fecis.
E t ſtatuit ſupra petram pedes meos: & direxit greſſus meos.
E t immiſit in os meum canticum nouum : carmen Deo
noſtro.
V idebunt multi & timebunt: & ſperabunt in domino.

Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius:& non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.

Multa feciſti tu domine deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annunciaui & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi ecce venio.

In capite libri ſcriptum eſt de me, vt facerem voluntatem tuam deus meus volui: & legem tuā in medio cordis mei.

Annunciaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, domine tu ſciſti.

Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.

Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam: à concilio multo.

Tu autem domine ne lōge facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperuut me.

Quoniam circundederunt me mala quorum non eſt numerus:comprehenderunt me iniquitates meæ,& non potui vt viderem.

Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.


Complaceat tibi domine vt eruas me: domine ad adiuuandum me reſpice.

Confundantur & reuereantur ſimul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.

Auertantur retrorſum & reuereantur:qui volūt mihi mala.

I erant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi euge euge.
E xultent & lætentur super te omnes quærentes te:& dicāt semper magnificetur dominus qui diligunt salutare tuum.
E go autem mendicus sum & pauper: Dominus sollicitus est mei.
A diutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
R equiem æternam dona eis domine. Antiphona.





Psalmus 40.

B Eatus qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum dominus.
D ominus conseruet eum & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
D ominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.
E go dixi domine miserere mei: sana animam meam quia peccaui tibi.
I nimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum.

Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me: nunquid qui dormit non adiiciet vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ in quo speraui: qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem.

Tu autem domine miserere mei & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniam non gaudebit inimicus meus super me.


Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus dñs deus Israel à seculo & in seculum: fiat, fiat.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Sana domine animam meam quia peccaui tibi.



Antiph. Sitiuit. Psal. Quemadmodum. Euouae. Psalm. 41.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem dei.

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus?
Hęc recordatus sum & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum dei.
In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis.
Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico.
Abyssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelsa tua & fluctus tui: super me transierunt.
In die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.
Apud me oratio deo vitę meę: dicā deo susceptor meus es.
Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus?
Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.
Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus?
Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?
Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.
Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum quando

veniam





Versus. Complaceat tibi domine vt eruas me. Resp. Domine ad adiuuandum me respice. Pater noster.

Lectio septima. Iob 17.

SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur: & solum mihi superest sepulcrum. Non peccaui: & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine & pone me iuxta te: & cuiusuis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissipatæ sunt: torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem: & rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est: & in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi: Pater meus es, mater mea, & soror mea, vermibus. Vbi est ergo nunc præstolatio mea & patientia mea: tu es Domine deus meus. Responsorium.







culum per i gnem. ℣sus Domi ne ne



in i ra tua argu as me, neque in furore tuo



corripias me. Dum veneris iudicare

Lectio octaua. Iob 19.

PElli meæ consumptis carnibus adhæsit os meum: & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus: & carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat: vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro stylo ferreo: aut plumbi lamina vel certè sculpantur in silice? Scio enim quòd redemptor meus viuit: & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursum circundabor pelle mea: & in carne mea videbo Deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse & oculi mei conspecturi sunt: & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Responsorium.

NE per das me domi ne cum iniquitatibus me is. Neque in fi nem i ratus reser ues ma la me a. ℣sus. Ne intres in iudicium cum seruo tu o domi ne. Ne.

Lectio nona. Iob 7.

MIlitia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij dies eius. Sicut ceruus desiderat vmbram: & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui: sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi. Si dormiero, dicam, quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras. Induta est caro mea putredine, & sordibus pulueris: cutis mea aruit & contracta est.

Dies.

Dies mei velocius transierunt quàm à texente tela succiditur : & consumpti sunt absque vlla spe. Memento quia ventus est vita mea : & non reuertetur oculus meus vt videat bona. Responsorium.



LIbera me do mine de vi js inferni.



Qui portas ęreas confregisti & visita-




sti infernum, & dedisti eis lumen vt vi-



derent te qui erant in pœnis tene-



bra rum. ℣sus. Clamantes & dicentes




aduenisti redemptor noster. Qui.

DEus æter ne in cu ius humana condi-
ti o poteſtate con ſi ſtit, a nimas
omnium fidelium defuncto rum quæſumus ab om-
ni bus abſol ue pec ca tis. Vt pœniten tiæ fru-
ctum quem volun tas e o rum op ta-
uit præuenti morte non
perdant. Verſus. Qui in cruce poſitus latro-
O nem



nem ſe ro pœnitentem ſu ſcepi ſti, eorum




precamur pie peccata di lu e. Vt.

Feria ſecunda & quinta. Reſponſorium.



NE tradas do mine be ſti is ani-



mas confiten tium ti bi. Et animas



pauperum tu o rum ne obliui ſca ris



in finem. Verſus. Memo ra re quæ



ſit noſtra ſubſtantia domine, & quia non

vanè

va nè conſtitui ſti om nes fi lios homi-

num. Et animas pauperum tuo.

Feria tertia & ſexta dicitur. Reſponſorium.

LIbera me domi ne de morte æter na. In

die illa tremen da quando iudicabis ſe-


culum per i gnem. ℣ſus Nunc Chriſte te

petimus miſerere quæſumus qui veniſti redimere

perditos noli damnare redemptos. In dic.

Ante Laudes Versus. Audiui vocem de cælo dicẽtem mihi.
Responsorium. Beati mortui qui in Domino moriuntur.

In Laudibus Antiphona.



Exultabunt. Euouae. Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cùm iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo & mundabor: lauabis me & super niuem dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus, deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sacrificium dedissem: vtique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium deo, spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum deus non despicies.


Benignè fac domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Exultabunt domino ossa humiliata. Antiph. Exaudi.



Psal. Te decet hymnus deus in Sion. Euouae. Psalmus 64.

TE decet hymnus deus in Sion: & tibi reddetur votum in Hierusalem.

Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præualuerunt ſuper nos: & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti: inhabitabit in atrijs tuis.

Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, mirabile in æquitate.

Exaudi nos deus ſalutaris noſter: ſpes omnium finium terræ & in mari longe.

Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum eius.

Turbabuntur gentes & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: exitus matutini & veſperę delectabis.

Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.

Flumen Dei repletum eſt aquis: paraſti cibum illorum quoniam ita eſt præparatio eius.


Riuos eius inebrians multiplica genimina eius: in ſtillicidijs eius lętabitur germinans.

Benedices coronę anni benignitatis tuę: & campi tui replebuntur vbertate.

Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exultatione colles accingentur.


Induti ſunt arietęs ouium & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

Requiem æternam dona eis domine. Antiphona.



Exaudi domine orationem meam, ad te omnis caro

veniet



Psalmus 62.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua.

Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibũt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex verò lętabitur in deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obstructum est os loquentium iniqua.

Psalmus 66.

Deus misereatur nostri & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.


Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus: & metuant eum omnes fines terrę.

Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis. Antiphona.



Antiphona



Canticum Ezechię Esaiæ. 38.

EGo dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæsiui residuum annorum meorum: dixi non videbo dominum deum in terra viuentium.

Non aspiciam hominem vltra & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est & conuoluta est à me: quasi tabernaculum pastorum.

Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad mane: quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt columba.

Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpicientes in excelſum.

Domine vim patior, reſpõde pro me: quid dicam aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerim.

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.

Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei corripies me & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.

Tu autem eruiſti animam meam vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine ſaluum me fac: & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitę noſtræ, in domo domini.

Requiem ęternam dona eis domine. Antiphona.



A porta inferi erue domine animas eorum. Añа.



Omnis ſpiritus. Pſal. Laudate Dñm de cęlis. Euouae.

Psalmus 148.

LAudate dominum de cælis: laudate eum in excelsis.
Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.
Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stellę & lumen.
Laudate eum cæli cęlorum: & aquæ quæ super cælos sunt laudent nomen domini.
Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.
Statuit ea in ęternum & in seculum seculi: pręceptum posuit & non pręteribit.
Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quę faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.
Bestię & vniuersa pecora: serpentes & volucres pennatæ.
Reges terræ & omnes populi: principes & omnes iudices terrę.
Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super cælum & terram: & exaltauit cornu populi sui.
Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.
Lętetur Israel in eo qui fecit eum: & filię Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lętabuntur in cubilibus suis.

Exultationes dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hęc est omnibus sanctis eius.

Psalmus 150.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.


Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cythara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet dominum.

Requiem ęternam dona eis domine. Antiphona.



Omnis spiritus laudet dominum. Antiphona.




Tuam deus, Euouae.


Canticum Zachariæ Prophetæ. Luc. 1.

BEnedictus dominus deus Israel: quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ.
Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.
Sicut locutus est per os sanctorum: qui à seculo sunt prophetarum eius.
Salutem ex inimicis nostris: & de manu omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum: daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia corã ipso: omnibus diebus nostris.
Et tu puer propheta altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem domini parare vias eius.
Ad dandam scientiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordiæ dei nostri: in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis.

Antiphona.



Tuam deus deposcimus pietatem vt e[illegible] is tribuere digne-



Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Oremus pro cunctis fidelibus Dei defunctis. Requiem æternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen. Psalmus 145

LAuda anima mea dominum, laudabo dominum in vita mea: psallam deo meo quandiu fuero.

Nolite confidere in principibus: nec in filijs hominum in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius deus Iacob adiutor eius: spes eius in domino deo ipsius qui fecit celum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas pupillum & viduam suscipiet: & vias peccatorum disperdet.

Regnabit dominus in secula deus tuus Sion: in generatione & generationem. Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris domine: dn̄e quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te domine.
Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſperauit anima mea in domino.
A cuſtodia matutina vſque ad noctem: ſperet Iſrael in domino.
Quia apud dominum miſericodia: & copioſa apud eum redemptio.
Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius.
Requiem æternam dona eis domine: & lux perpetua lu.
Requieſcant in pace. Amen. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Credo videre bona domini. In terra viuentium. Non intres in iudicium cum ſeruis tuis domine. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum.

Pro vno pontifice vel ſacerdo. Oratio.

DEus qui inter apoſtolicos ſacerdotes famulum tuum pontificali vel ſacerdotali feciſti dignitate vigere: præſta quæſumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur conſortio

Pro Pluribus Epiſcopis vel ſacerdotibus. Oratio.

COncede quęſumus omnipotens deus animabus epiſcorum vel ſacerdotum fœliciter lucis æternę conſortiũ: quibus dediſti ſacri altaris tui conſequi miniſterium.

Prȩſenti corpore. Oratio.

OMnipotens ſempiterne deus cui nunquam ſine ſpe miſericordiæ ſupplicatur: propitiare animæ famuli tui, vel famulę tuę, vt qui, quæ, de hac vita in tui nominis confeſſione diſceſſit: ſanctorum tuorum numero facias

aggregari. Alia oratio in depositione defuncti ad placitum.

DEus cui proprium est misereri semper & parcere: te supplices exoramus pro anima famuli tui vel famulæ tuæ, quam hodie de hoc seculo migrare iussisti: vt non tradas eam in manibus inimici, neque obliuiscaris in finem: sed iubeas eam à sanctis angelis suscipi, & ad patriam paradisi perduci: & quia in te sperauit & credidit, non pœnas æternas sustineat, sed gaudia sempiterna possideat. Per Dominum.

In anniuersarijs. Oratio.

PRæsta quæsumus omnipotens deus vt animæ famulorum famularumque tuarum quarum anniuersarium depositionis diem commemoramus: omnium peccatorum purgatæ contagijs, indulgentiam pariter & requiem capiant sempiternam.

Vnius defuncti. Oratio.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti: in pacis ac lucis regione constituas, & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Dominum nostrum.

Vnius defunctæ. Oratio.

QVæsumus domine pro tua pietate miserere clementer animæ famulę tuæ, & à contagijs mortalitatis exutam, in æternæ saluationis partem restitue.

Pro Patre & Matre. Oratio.

DEus qui nos patrem & matrem honorare præcepisti: miserere clementer animabus patris mei & matris meæ, eorumque omnia peccata dimitte: meque cum eis in æternæ claritatis gaudio fac viuere.

Pro

Pro congregatione. Oratio.

DEus venię largitor & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam, vt nostrę congregationis fratres, sorores, parentes, amicos, familiares, propinquos ac benefactores nostros qui ex hoc sęculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis: ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Pro familiaribus & amicis. Oratio.

DEus indulgentiarum domine, da famulis & famulabus tuis quorum memoriam agimus & quorum eleemosynas recepimus, refrigerij sedem: quietis beatitudinem: & luminis claritatem.

Alia oratio pro benefactoribus & amicis.

MIserere quęsumus domine animabus omnium benefactorum nostrorum defunctorum: & de beneficijs quæ nobis largiti sunt in terris: pręmia ęterna consequantur in cælis.

Pro sepultis in cœmeterijs Oratio.

DEus in cuius miseratione animæ fidelium requiescũt famulis & famulabus tuis hic & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lętentur. Per dominum nostrum.

Oratio communis & generalis ad placitum.

DEus cui proprium est misereri, & preces exaudire precantium, propitiare animabus famulorum famularumque tuarum & omnium fidelium defunctorum in Christo quiescentium: vt te meserante à peccatorum vinculis absolutæ: ad ęternę beatitudinis requiem peruenire mereantur. Per Dominum.

Oratio

Oratio finalis & generalis.

FIdelium deus omnium conditor & redemptor, animabus omnium fidelium defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Per te Iesu Christe saluator mundi, qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.




Requie scant in pace. Amen.


Sequuntur commendationes animarum. Respons.



SVbue nite sancti de i occurrite ange-




li domi ni, su scipientes animas co rum.




Offerentes eas In conspectu al tissi mi. ℣sus.



Chorus angelorum e as suscipi at & in sinu





Non dicitur. Oremus.


TIbi domine cõmendamus animam famuli tui, vel famulæ tuæ, & animas famulorum famularumque tuarum & omniũ fidelium defunctorum: vt defuncti seculo tibi viuant, & quę per fragilitatem mundanę conuersationis peccata admiserunt: tu venia misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Alia oratio absque. Oremus.

MIsericordiam tuam domine sancte Pater omnipotens æterne deus, pietatis affectu rogare pro alijs cogimur, qui pro nostris supplicare peccatis nequaquam sufficimus: tamen confisi de tua gratuita pietate & inolita bonitate clementiam tuam deposcimus, vt animam famuli tui, vel famulæ tuę, & omnium fidelium defunctorum ad te reuertentes cum pietate suscipias. Assit eis angelus testamenti tui Michael, & per manus sanctorum angelorum tuorum inter sanctos & electos tuos in sinibus Abrahæ, Isaac & Iacob Patriarcharum tuorum eas collocare digneris: quatenus liberatæ de principibus tenebrarum & de locis pœnarum, nullis iam primææ natiuitatis vel ignorantiæ aut propriæ iniquitatis seu fragilitatis confundantur erroribus, sed potius agnoscãtur à tuis, & sanctę

beati-

beatitudinis requie perfruantur: vt cum magni iudicij dies aduenerit, inter sanctos & electos tuos resuscitati gloria manifestæ contemplationis tuæ perpetuò satientur. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Antiphona.



Suscipiat vos Christus. Euouae. Psalmus 113.

IN exitu Israël de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israël potestas eius.
Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?
Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.
A facie domini mota est terra: à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine nõ nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant gentes, vbi est deus eorum?
Deus autem noster in cęlo: omnia quęcunque voluit fecit.
Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.
Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.
Aures habent & non audient: nares habent & non odorabunt.

Manus habent & non palpabunt : pedes habent & non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciũt ea, & omnes qui cõfidũt in eis.

Domus Israël sperauit in domino : adiutor eorum & protector eorum est.

Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum & protector eorum est.

Qui timent dominum sperauerunt in domino : adiutor eorum & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri : & benedixit nobis.

Benedixit domui Israël : benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum : pusillis cum maioribus.

Adijciat dñs super vos : super vos & super filios vestros.


Benedicti vos à domino : qui fecit cælum & terram.

Cælum cęli domino: terram autem dedit filijs hominum.


Non mortui laudabunt te domine : neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus benedicimus domino : ex hoc nunc & vsque in seculum.

Requiem æternam dona eis domine.



Suscipiat vos Christus qui vocauit vos: & in sinu



Abrahæ angeli deducant vos.

Hic dicitur. Oremus.

OMnipotens sempiterne deus, qui humano corpori animam ad similitudinem tuam inspirare dignatus es: dum te iubente puluis in puluerem reuertitur: tu imaginem tuam cum sanctis & electis tuis ęternis sedibus pręcipias sociari, eamque ad te reuertentem de Ægypti partibus blandè leniterque suscipias: & angelos tuos sanctos ei obuiam mittas: viamque illi iustitiæ demonstra: & portas glorię tuę aperi. Repelle quæsumus ab ea omnes principes tenebrarum: & agnosce depositum fidele quod tuum est. Suscipe domine creaturam tuam non ex dijs alienis creatam: sed à te solo deo viuo & vero, quia non est alius deus præter te domine: & non est secundum opera tua. Lætifica clementissime deus animam famuli tui, vel famulę tuę, & omnium fidelium defunctorum: & clarifica eas in multitudine misericordiæ tuæ. Ne memineris quæsumus iniquitatum earum antiquarum, aut ebrietatum quas suscitauit feruor mali desiderij: licet enim peccauerint, tamen te non negauerunt: sed signo fidei insigniti, te qui omnia & eos inter omnia fecisti, fideliter adorauerunt. Qui viuis.



Antiph. Chorus angelorum. Euouae. Psalmus 114.

DIlexi, quoniam exaudiet dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurē suā mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.
O Domine libera animam meam misericors Dominus & iustus: & deus noster miseretur.
Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino in regione viuorum.

Psalmus 115.

CRedidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam Dño: pro omnibus quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius.
O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancillæ tuæ.
Diripuisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini in medio tui Hierusalem.

Psalmus 116.

LAudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum.

Psalmus 117.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc Israël quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant nunc qui timent dominum: quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum: & exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in Domino: quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quã sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderẽ: & dominus suscepit me.
Fortitudo mea & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.
Vox exultationis & salutis: in tabernaculis iustorum.
Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam: & narrabo opera Domini.

Castigans

Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.
A domino factũ est istud: & est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quam fecit dominus: exultemus & lætemur in ea.
O domine saluum me fac, ô domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus Dominus & illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu & confitebor tibi: deus meus es tu & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Psalmus 118.

Aleph. Doctrina secundum Paschas. in Thren.

Beati immaculati in via: qui ambulãt in lege domini.
Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua: custodiri nimis.

Vtinam

Vtinam dirigantur viȩ meȩ: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iustitiȩ tuȩ.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque. Beth. domus.

IN quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Benedictus es domine: doce me iustificationes tuas.

In labijs meis pronunciaui: omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs.

In mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos. Gimel plenitudo vel retributio.

REtribue seruo tuo viuifica me: & custodiam sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.

Daleth. tabularum.

ADhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
Vias meas enunciaui & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
Adhæsi testimonijs tuis domine: noli me confundere.
Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

He, ista.

LEgem pone mihi domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in semita mãdatorum tuorũ: quia ipsam volui.
Inclina cor meum in testimonia tua: & non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau, Hebraice, clauus.

ET veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum secundum eloquium tuum.

Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaque: quia in iudicijs tuis supersperaui.

Et custodiam legem tuam semper: in seculum & in seculum seculi.

Et ambulabam in latitudine: qui mandata tua exquisiui.

Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum: & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: quę dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua quę dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Zai, hæc.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.

Memor fui iudiciorum tuorum à seculo domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui domine: & custodiui legem tuam.

Haec facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Heth, vita.

POrtio mea domine: dixi custodire legem tuam.
Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundum eloquium tuum.
Cogitaui vias meas & conuerti pedes meos: in testimonia tua.
Paratus sum & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.
Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
Media nocte surgebam ad confitendum tibi: super iudicia iustificationis tuae.
Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Teth. bonum.

BOnitatem fecisti cum seruo tuo domine: secundum verbum tuum.
Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
Priusquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.
Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui: super milia auri & argenti.

Iod. principium.

MAnus tuę fecerunt me & plasmauerunt me: da mihi intellectum vt discam mandata tua.

Qui timent te videbunt me & lætabuntur: quia in verba tua supersperaui.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua vt consoletur me: secundum eloquium tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuę & viuam: quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis: vt non confundar.

Caph, manus.

DEfecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes quandò consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me.

Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
Secundum misericordiam tnam viuifica me:& custodiam testimonia oris tui. Lamecch, disciplina.
IN ęternum domine:verbum tuum permanet in cęlo.
In generatione & generationem veritas tua: fundasti terram & permanet.
Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
Nisi quod lex tua meditatio mea est:tunc fortè perijssem in humilitate mea.
In ęternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.
Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.
Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis. Mem, ex ipsis.
QVomodo dilexi legem tuam domine:tota die meditatio mea est.
Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in ęternum mihi est.
Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est
Super senes intellexi: quia mandata tua quęsiui.
Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
A iudicijs tuis non decliuaui: quia tu legem posuisti mihi.
Quā dulcia faucibus meis eloquia tua:super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis. Nun, sempiternum.

LVcerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

Iuraui & statui: custodire iudicia iustitię tuę.

Humiliatus sum vsquequaque domine: viuifica me secundum verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternnm: propter retributionem.

Samech, adiutorium.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

Declinate à me maligni: & scrutabor mandata dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuua me & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas : à iudicijs enim tuis timui. Ain, fons siue oculus.

Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.

Suscipe seruum tuum in bonum : non calumnientur me superbi.

Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam : & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.

Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar : omnem viam iniquam odio habui. Phe, oris.

Mirabilia testimonia tua : ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me & miserere mei: secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia.

Redime me à calumnijs hominum: vt custodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

E xitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custodieruut legem tuam.

Sade, iustitiæ.

I Vstus es domine: & rectum iudicium tuum.
M andasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.
T abescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.
I gnitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud
A dolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.
I ustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.
T ribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.
Æ quitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuam.

Coph, vocatio.

C Lamaui in toto corde exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.
C lamaui ad te saluum me fac: vt custodiam mãdata tua.
P ræueni in maturitate & clamaui: quia in verba tua supersperaui.
P ræuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
V ocem meam audi secundum misericordiam tuam domine:& secundum iudicium tuum viuifica me.
A ppropinquauerunt persequentes me iniquitati:à lege autem tua longè facti sunt.
P ropè es tu domine: & omnes vitæ tuæ veritas.

Initio cognoui de testimoniis tuis domine: quia in æternum fundasti ea. Res, capitis.

VIde humilitatem meam & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ domine: secundum iudicium tuum viuifica me.

Multi qui persequuntur me & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. Sin, dentium.

PRincipes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Lętabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuum domine: & mãdata tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua & testimonia tua : quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Tau, signa.

APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo domine : iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
Intret postulatio mea in conspectu tuo : secundum eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea hymnum : cùm docueris me iustificationes tuas.
Pronunciabit lingua mea eloquium tuum : quia omnia mandata tua æquitas.
Fiat manus tua vt saluet me : quoniam mandata tua elegi.
Concupiui salutare tuum domine : & lex tua meditatio mea est.
Viuet anima mea & laudabit te : & iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui sicut ouis quæ periit : quęre seruum tuum domine quia mandata tua non sum oblitus.
Requiem æternam dona eis domine : & lux perpetua luceat eis.

Antiphona.


Chorus angelorum eam, eas, suscipiat : & in sinu


Abrahę eam, eas collocet, vt cum Lazaro quondam pau-



pere ęternam habeant requiem. Non dicitur Oremus.

DIri vulneris nouitate perculsi & quodammodo cordibus sauciati, misericordiam tuam mundi redemptor flebilibus vocibus imploramus: vt chari nostri, vel charæ nostræ, vel charorum nostrorum, & omnium fidelium defunctorum animas ad tuam clementiam (qui fons pietatis es) reuertentes, blandé leniterque suscipias. Et quas illæ ex carnali commoratione contraxerunt maculas: tu deus inolita bonitate clementer deleas, pié indulgeas, obliuioni in perpetuum tradas: atque has laudes tibi cum cęteris reddituras, & ad corpora quandoque reuersuras, sanctorum tuorum coetibus aggregari præcipias. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. Pater noster. Et ne nos inducas: Sed libera nos à malo. Amen. Requiem æternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. Requiescant in pace. Amen. Animæ eorum in bonis demorentur. Et semen eorum hæreditet terram. Non intres in iudicium cum seruis tuis domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum Et cum spiritu tuo. Oratio.

PArtem beatę resurrectionis obtineant: vitamque ęternam habere mereantur in cælis Per te Iesu Christe saluator mundi, qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen,


DEus cui soli cōpetit medicinam præstare post mortem : prȩsta quæsumus, vt animæ omnium fidelium defunctorum terrenis exutæ contagiis : in tuæ redemptionis parte numerentur. Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.




Requie scant in pace. Amen.

Post Missam accedat sacerdos ad corpus, stans ante crucifixum in medio ecclesiæ & dicat sequentem orationem absque Dominus vobiscum. & absque Oremus.

NOn intres in iudicium cum seruo tuo vel ancilla tua, domine : quoniam nullus apud te iustificabitur homo : nisi per te omnium peccatorum ei tribuatur remissio. Non ergo eum vel eam, tua quæsumus domine iudicialis sententia premat, quem vel quam tibi vera supplicatio christianæ fidei commendat : sed gratia tua illi succurrente mereatur euadere iudicium vltionis : qui vel quæ, dum viueret insignitus vel insignita, est signaculo sanctæ Trinitatis Per Christum. Responsorium




SVbue nite sancti de i occurrite ange-




li domi ni, su scipientes animam e ius.











Oremus.

DEus cui omnia viuunt, & cui non pereunt moriēdo corpora noſtra, ſed mutantur in melius: te ſupplices deprecamur, vt quicquid anima famuli tui, vel famulę tuę, vitiorum tuęque voluntati contrarium fallente diabolo & propria iniquitate ſeu fragilitate contraxit: tu pius & miſericors abluas indulgēdo: eamque ſuſcipi iubeas per manus ſanctorum tuorum deducendam in ſinum Patriarcharum tuorum

tuorum Abraham ſcilicet amici tui, & Iſaac electi tui: atque Iacob dilecti tui, vbi non eſt dolor, triſtitia, atque ſuſpirium: fidelium quoque animę fœlici iocunditate lętantur: & in nouiſſimo magni iudicij die inter ſanctos & electos tuos eam facias perpetuę glorię percipere portionem: quam oculus non vidit, & auris non audiuit: nec enim in cor hominis aſcendit, quę pręparaſti diligentibus te. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Reſponſorium.

HEu mihi do mine quia pecca ui ni mis

in vi ta me a, quid faciam mi ſer v bi

fu gi am niſi ad te deus me us, mi-

ſere re me i. Dum vene-

ris in nouiſſimo di e. Verſus.

Anima



A nima mea turbata eſt val de : ſed tu domi-




ne ſuc curre e i. Dum vene ris.



Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie ele i ſon.

Pater noſter. vt ſuprà. Oremus.

FAc quæſumus domine hanc cum ſeruo tuo defuncto vel ancilla tua defuncta, miſericordiam: vt factorum ſuorum in pœnis non recipiat vicem : qui vel quæ tuam in votis tenuit voluntatem : & quia hic illum vel illam vera fides iunxit fidelium turmis : illic eum vel eam, tua miſeratio ſociet angelicis choris. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen. Reſponſorium.



LIbera me do mine de mor te æter na. In



die illa tremen da. Quando cæli mo-

uendi

uendi sunt & ter ra. Dum ve neris iudica-

re seculum per i gnem. ℣sus. Tremens factus

sum ego & ti me o dum discussio vene rit atque

ventura i ra. Quando cæ li mo uendi. ve supra

Versus. Dies il la dies i ræ calamita tis &

mise ri æ dies magna & amara val de. In die. ℣sus.

Vix iustus saluabitur & ego miser vbi parebo?



Quando cę li. ℣sus. Nunc Christe te peti mus



miserere quęsumus qui venisti redimere perdi-



tos noli damnare redemptos. In di e illa



tre menda. ℣sus. Quid ergo misertimus quid di-



cam vel quid faciam, dum nil boni per feram an-



te tan tum iu dicem. Quando cæ li. Versus.



Creator omnium rerum deus, qui me de limo ter-

ręfor-




ræ for masti & mirabiliter proprio sanguine



redemisti, corpusq́ue meum licet modo putrescat




de sepulchro facies in di e iudici j resuscita ri:




exaudi, exaudi, exaudi me vt animam meam



& animas omnium fidelium defunctorum in si nu




A bra hæ patriarchæ tu i iube as



col loca ri. Dum ve neris iudica-





Pater noster. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Requiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat eis. Non intres in iudicium cum seruo tuo vel ancilla tua, domine. Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. A porta inferi. Erue domine animam eius. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Pro vno defuncto. Oremus. Oratio.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Pro vna defuncta. Oratio.

QVæsumus domine pro tua pietate miserere clementer animę famulæ tuę, & à contagijs mortalitatis exutam: in ęternę saluationis partem restitue. Per dominum nostrum.

Oratio generalis.

FIdelium deus omnium conditor & redemptor animabus omnium fideliũ defunctorum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam sem-

per optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Per te Iesu Christe saluator mundi rex gloriæ, qui cum Deo patre & spiritu sancto viuis & regnas Deus: per omnia secula seculorum. Amen. Tūc deferatur corpus ad locum sepulturę. Sed si sacerdos non ducat illud ad cœmeterium, antequam deferatur de Ecclesia dicat.

Bonnes gens ceste creature dont le corps est icy present: à vescu en ce mortel monde tant & si longuement qu'il a pleu à Dieu nostre createur de l'euoquer & appeller comme il fera à vn chacun de nous quand bon luy semblera: & à esté celuy, ou celle, lequel à finé ses iours en viuant Catholiquement, & à receu les Sacremens de nostre Mere saincte Eglise par grande deuotion & contrition pour obtenir remission de ses pechez & requerant à Dieu mercy & pardon & sa misericorde. Et à requis & prie mercy à tout le monde viuant ou trespassé, & que s'il a meffaict ne mal dit à quelque vn quel qui soit, il a prié pour l'amour de Dieu qu'on luy vueille pardonner comme il a pardonné à vn chacun. Parquoy nous prions que s'il a quelqu'vn offensé, qu'on luy vueille pardonner, & pareillemēt s'on luy à mal faict ne mal dit nous le pardonnōs de par nostre mere saincte Eglise, en priant Dieu que s'il à faict quelque offense en ce monde parquoy l'ame soit detenue en Purgatoire, par noz intercessions & prieres elle puisse estre allegée de ses penitances. Et accompagnant auec icelle les ames de noz peres, meres, freres, seurs, parens, amys & bien-faicteurs & generalemēt toutes les ames qui reposent en ce present cymetiere ou Eglise & tout autres, pour lesquelles vous direz Pater noster Aue maria. Et nous dirons pro anima eius & pro cunctis fidelibus defunctis. Psalmus. De profundis

clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. Require in septem psalmis. Redeundo ad altare.

Si autem sacerdos ducat corpus ad cœmeterium non dicat has preces prædictas nisi in fine officij.


Intrando locum cœmeterij incipitur sequens anti. Aña.



Aperite illi portas iustitiæ & ingressus in eas con-



fitebor domino: hæc porta domini, iusti intrabunt



in eam. Psal. Confitemini. Euouae.

Et dicitur totus si cantatur solenniter cum nota. Sin autem dicitur Psalmus. Confitemini domino quoniam bonus. cum solo versu & Requiem æternam. Et repetatur antiphona. Aperite illi portas. vt sup. Sequitur psalmus si necesse sit. Psalmus 117.

Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicat nunc Israel quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.


Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant


Dicant nunc qui timent dominum : quoniam in seculum misericordia eius.
De tribulatione inuocaui dominum : & exaudiuit me in latitudine dominus.
Dominus mihi adiutor : non timebo quid faciat mihi homo.
Dominus mihi adiutor : & ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in Domino : quam confidere in homine.
Bonum est sperare in domino: quā sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine domini quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederunt me : & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis : & in nomine domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem:& dominus suscepit me.
Fortitudo mea & laus mea Dominus : & factus est mihi in salutem.
Vox exlutationis & salutis : in tabernaculis iustorum.
Dextera domini fecit virtutem, dextera domini exaltauit me : dextera domini fecit virtutem.
Non moriar sed viuam : & narrabo opera domini.
Castigās castigauit me dominus:& morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitię, & ingressus in eas confitebor domino : hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me : & factus es mihi in salutem.
Lapidem quem reprobauerunt ædificantes : hic factus est in caput anguli.

A domino factũ est istud: & est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quam fecit Dñs: exultemus & lætemur in ea.
O domine saluum me fac, ô domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine domini.
Benediximus vobis de domo domini: deus dominus & illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis: vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu & confitebor tibi: deus meus es tu & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Requiem æternam dona eis Domine. Oremus.

PIæ recordationis affectu, fratres charissimi, commemorationem facimus chari nostri vel charæ nostræ, quem dominus de tẽtationibus huius seculi assumpsit: obsecrantes misericordiam Dei nostri: vt ipse ei tribuere dignetur lucidam & quietam mansionem: & remittat omnes lubricę temeritatis offensas, vt concessa sibi venia plenę indulgentiæ, quicquid in hoc seculo proprio vel alieno reatu deliquit: totum ineffabili pietate ac benignitate sua deleat & abstergat, quod ipse præstare dignetur. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Antiphona.



Ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum



domum dei. Psal. Q uemadmodum. &c. Euouae.

Et dicitur totus si cantatur alta voce. Sinautem dicitur solus Versus. Quemadmodum. & Requiem. Et repetatur Antiphona Ingrediar. Psalmus. 41.

QVemadmodum desiderat ceruus ad fõtes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus.

S itiuit anima mea ad deum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei.

F uerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus?

H æc recordatus sum & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum Dei.

I n voce exultationis & confessionis: sonus epulantis.

Q uare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

S pera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.

A d meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonij à monte modico.

A byssus abyssum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

O mnia excelsa tua & fluctus tui: super me transierunt.

I n die mandauit dominus misericordiam suam: & nocte canticum eius.

A pud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo susceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo: dum affligit me inimicus.

Dum confringuntur ossa mea exprobauerunt mihi: qui tribulant me inimici mei.

Dum dicunt mihi per singulos dies: vbi est deus tuus?

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei & deus meus.

Requiem ęternam dona eis domine &: lux perpetua.

Sequitur oratio absque Oremus. Oratio.

OBsecramus misericordiam tuam omnipotens ęterne Deus: qui hominem ad imaginem tuam creare dignatus es: vt animam famuli tui vel famulæ tuæ, quam hodierna die rebus humanis exui, & ad te accersiri iussisti: blandè leniterque suscipias, non ei dominentur vmbræ mortis, nec tegat eum vel eam, chaos & caligo tenebrarum: sed exutus vel exuta, omnium criminum labe, in sinu Abrahæ Patriarchæ tui collocatus vel collocata, locum lucis & refrigerij se adeptam esse gaudeat: vt cùm magni iudicij dies aduenerit cum sanctis & electis tuis cum vel eam resuscitari iubeas. Per Christum Dominum nostrum. Amen. Hic ponatur corpus in sepulchro cum odore incensi si fuerit: & aspersione aquæ benedictæ cantando vel legendo hanc sequentem Antiphonam.

Antiphona.



Hęc requies mea in seculum seculi: hic habitabo quoniam.



niam elegi eam. Psal. Memento domine Dauid. Euouae.

Et dicitur totus si cantatur. Sinautem dicitur solummodo primus Versus cum Requiem ęternam. Inde repetitur Antiphona. Hæc requies mea. &c. Psalmus 131.

MEmento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.

Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.

Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino: tabernaculum deo Iacob.

Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuę.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuũ: non auertas faciem Christi tui.

Iurauit dominus Dauid veritatem & nõ frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc quę docebo eos.

Et filij eorum vsque in seculum: sedebũt super sedem tuam.

Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernã Christo meo.


Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.

Requiem ęternam dona eis domine. Oratio.


DEus apud quem mortuorum spiritus viuunt: & in quo electorum animæ deposito carnis onere, plena fœlicitate lætantur, præsta supplicantibus nobis: vt anima famuli tui vel famulæ tuę, quæ temporali per corpus huius luminis caruit visu: ęternæ illius lucis solatio potiatur. Non eum vel eam, tormentum mortis attingat, non dolor horrendę visionis afficiat, non pœnalis timor excruciet, non reorum proxima cathena constringat: sed concessa sibi venia omnium delictorum, optatæ quietis consequatur gaudia repromissa. Per Christum dominum nostrum. Amen. Hic fiat absolutio dicendo. Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. Requiem æternam dona eis Domine. Et lux perpetua luceat. Requiescant in pace. Amen. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

ABsolue quæsumus Domine animam famuli tui vel famulę tuę, ab omni vinculo delictorum: vt in resurre-

ſurrectionis gloria inter ſanctos & electos tuos reſuſcitatus vel reſuſcitata, reſpiret. Per dominum noſtrum. Hic accipiat ſacerdos ligonem vel pelam faciendo crucem ✠ ſuper terram dicendo. In nomine Patris & Fi✠lij & Spiritus ſancti. Amen. Terra aſperſa aqua benedicta proijciat eam ter ſuper corpus, dicendo vel cantando. Antiphonam.



De terra plaſmaſti me, & carne induiſti me redemp-



tor meus, domine reſuſcita me in nouiſſimo die.



Pſal. Domine probaſti. Euouae.

Et dicitur totus ſi cantatur. Sin autem dicitur ſolus verſus cum Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Et repetatur Antiphona. De terra plaſmaſti.

Pſalmus 138.

Domine probaſti me & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionem meam & reſurrectionem meam.

Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam & funiculum meum inueſtigaſti.

Et omnes vias meas præuidiſti: quia non eſt ſermo in lingua mea.

Ecce domine tu cognouiſti omnia nouiſſima & antiqua:

 tu for-

tu formasti me & posuisti super me manum tuam.
M irabilis facta est scientia tua ex me: confortata est & non potero ad eam.
Q uo ibo à spiritu tuo: & quo à facie tua fugiam?
S i ascendero in cælum tu illic es: si descendero ad infernum ades.
S i sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.
E tenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
E t dixi, forsitan tenebrę conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.
Q uia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius ita & lumen eius.
Q uia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.
C onfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis.
N on est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substantia mea in inferioribus terræ.
I mperfectum meum viderũt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur & nemo in eis.
M ihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum.
D inumerabo eos & super arenam multiplicabuntur: exurrexi & adhuc sum tecum.
S i occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me.
Q uia dicitis in cogitatione: accipient in vanitate ciuitates suas.

Nónne qui oderunt te domine oderam: & super inimicos tuos tabescebam.

Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.

Proba me deus & scito cor meum: interroga me & cognosce semitas meas.

Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via ęterna

Requiem æternam dona eis domine. Quo facto sacerdos dicat orationem sequentem. Oratio.

ORemus fratres charissimi pro spiritu chari nostri vel charæ nostræ, quem Dominus de laqueo huius seculi liberare dignatus est: cuius corpusculum hodie sepulturæ traditur, vt eum pietas domini in sinu Abrahę, Isaac & Iacob collocare dignetur: vt cùm dies iudicij aduenerit, inter sanctos & electos suos eum, eam, in parte dextera collocandum resuscitari faciat. Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Alia Oratio. Oremus.

DEus vitæ dator, & humanorum corporum reparator, qui te à peccatoribus exorari voluisti: exaudi preces quas speciali deuotione pro anima famuli tui vel famulæ tuę tui lacrymabiliter fundimus, & liberare eam ab inferorum cruciatibus, & collocare inter agmina sanctorum tuorum digneris, veste quoque cælesti & stola immortalitatis indui, & paradisi amœnitate confoueri iubeas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia oratio. Oremus.

DEus qui humanarum animarum ęternus amator es, animam famuli tui vel famulę tuæ, quam vera dum in corpore maneret tenuit fides, ab omni cruciatu infero-

rum redde exortem: vt ſegregata ab infernalibus clauſtris, ſanctorum tuorum mereatur adunari conſortijs. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio. Oremus.

DEus qui iuſtis ſupplicationibus ſemper præſto es, qui pia vota dignaris intueri, qui vniuerſorum es conditor & redemptor, miſericordia quoque peccatorum: & tuorum beatitudo ſanctorum: da famulo tuo vel famulę tuæ, cuius depoſitioni hodie officium humanitatis exhibemus: cum ſanctis & electis tuis beati muneris portionem, eumque vel eamque, à corporeis nexibus abſolutum vel abſolutam in reſurrectione electorum tuorum facias præſentari. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

Alia oratio. Oremus.

TEmeritatis quidem eſt domine, vt homo hominem, mortalis mortalem, cinis cinerem tibi domino deo noſtro audeat commendare: ſed quia terra ſuſcipit terram, & puluis reuertitur in puluerem, donec omnis caro in ſuam redigatur originem, inde tuam Deus pijſſime pater lacrymabiliter quæſumus pietatem: vt huius famuli tui vel famulæ tuę animam, quam de voragine huius mundi cœnulenta ducis ad patriam, Abrahę amici tui ſinu recipias, & refrigerij rore perfundas, ſit ab ęſtuantis gehennæ truci incendio ſegregata, & beatæ requiei te donante coniuncta: & quæ illi ſunt domine dignę cruciatibus culpæ: tu eas mitiſſima gratię tuę lenitate indulge, nec peccati recipiat vicem, ſed indulgentiæ tuæ piam ſentiat bonitatem. Cumque finito mundi termino, ſupernum cunctis illuxerit regnum, nouus homo ſanctorum omnium cœtibus aggre-

aggregatus vel aggregata cum sanctis & electis tuis resurgat in parte dextera coronandus vel coronanda. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia oratio absque. Oremus.

DEbitum humani corporis sepeliendi officium fidelium more complentes deum cui omnia viuunt fideliter deprecemur: vt hoc corpus chari nostri vel charæ nostrę in infirmitate sepultum, in ordine sanctorum suorum resuscitet à nobis: & eius spiritum sanctis ac fidelibus suis aggregati iubeat: cum quibus inenarrabili gloria & perenni fœlicitate perfrui mereatur. Præstante domino nostro Iesu Christo. Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Aña.



Omnis spiritus lau det dominum. Euouae.

Psal. Laudate dominum de cęlis: laudate eum in. & cętera. Et dicitur totus si cantatur solenniter. Sinautem dicitur solus versus cum Requiem æternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Et repetatur antiphona. Omnis spiritus

Psalmus 148.

LAudate dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum Sol & Luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ quę super cęlos sunt laudent nomen domini.

Quia ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt.

Statuit ea in æternum & in seculum seculi: preceptum posuit & non preteribit.
Laudate dominum de terra dracones & omnes abyssi.
Ignis, grando, nix glacies, spiritus procellarum: que faciunt verbum eius.
Montes & omnes colles: ligna fructifera & omnes cedri.
Bestiæ & vniuersa pecora: serpentes & volucres pennate.
Reges terre & omnes populi: principes & omnes iudices terre.
Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum & terram: & exaltauit cornu populi suis.
Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israël populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in Ecclesia sanctorum.
Lætetur Israël in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege suo.
Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.
Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.
Exultationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.
Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius. Pſalmus 150.

LAudate dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cythara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.

Requiem ęternam dona eis Domine: & lux perpetua luceat eis. Tunc ſacerdos roget aſtantes, orare Deum pro eo, vel ea, dicendo Pater noſter. Aue Maria. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Preces. Non intres in iudicium cum ſeruo tuo vel ancilla tua, Domine. Quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Anima eius in bonis demoretur. Et ſemen eius hereditet terram. A porta inferi. Erue domine animam eius. Domine exaudi orationem meam Et clamor meus ad te veniat. Dominus vobiſcum. Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

PArtem beatæ reſurrectionis obtineat vitamque æternam habere mereatur in cælis. Per te Ieſu Chriſte Saluator mundi Rex gloriæ. Qui cum patre & ſpiritu ſancto viuis & regnas Deus. Per omnia ſecula ſeculorum. Amen. Poſtea ſacerdos rogabit pro eo & pro animabus omnium fidelium defunctorum in Chriſto quieſcentium dicendo. Bonnes gens ceſte perſonne de laquelle le corps eſt icy preſent. &c. comme il eſt dict deuant fo. 149. Sed in fine dicitur

P ro anima eius & pro cunctis fidelibus defunctis. Psalm. M iserere mei deus secundum. totus. require in septem psalmis. & Psal. D e profundis. totus. require in septem psalmis. in fine R equiem. K yrie eleison. C hriste eleison. K yrie eleison. P ater noster. E t ne nos inducas in tẽtationem. Sed libera nos à malo. R equiem æternam dona eis Dñe. Et lux perpetua luceat eis. A porta inferi. Erue Domine animas eorum. C redo videre bona Domini. In terra viuentium. R equiescant in pace. Amen. D omine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. D ominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Pro famulo.

INclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur, vt animam famuli tui quam de hoc sæculo migrare iussisti, in pacis ac lucis regione constituas: & sanctorum tuorum iubeas esse consortem. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Pro muliere. Oratio.

QVęsumus domine pro tua pietate miserere clementer animæ famulæ tuæ, & à contagijs mortalitatis exutam: in æternę saluationis partem restitue. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pro congregatione. Oratio.

DEus veniæ largitor & humanę salutis amator, quęsumus clementiam tuam: vt nostræ congregationis fratres, sorores, parentes, amicos, familiares, propinquos & benefactores nostros qui ex hoc seculo transierunt: beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis: ad perpetuæ beatitudinis consortium peruenire concedas. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Pro quiescentibus in Cœmeterijs.

DEus in cuius miseratione animæ fidelium requiescunt, famulis, & famulabus tuis hîc & vbique in Christo quiescentibus, da propitius veniam peccatorum: vt à cunctis reatibus absoluti, tecum sine fine lætentur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oratio generalis.

FIdelium deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiã quam semper optauerunt, pijs supplicationibus consequantur. Per te Iesu Christe Saluator mundi Rex gloriæ, qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen. R equiescant in pace. Amen.

Postea discedant ab eo loco, & reuertatur vnusquisq; in sua

Benedictio candelarum in die Purificationis beatę Marię.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.


DOmine deus creator cæli & terræ Rex regum & dominus dominãtium, exaudi nos indignos famulos tuos clamantes & orantes ad te. Precamur ergo & oramus te domine Deus omnipotens qui omnia ex nihilo creasti, & iussu tuo per opera apum, hunc liquorem ad perfectionem cereorum venire fecisti: & qui hodierna die petitionem iusti Simeonis implesti, te humiliter deprecamur vt has candelas ad vsus hominum, & ad sanitatem corporum & animarum siue in terra siue in aquis per inuocationem sanctissimi nominis tui, & per intercessionem sanctę Marię genitricis tuæ (cuius hodie festa percolimus) & per preces omnium sanctorum tuorum bene✠dicere & sancti✠ficare digneris, vt hæc plebs tua illas honorificè in manibus

portet cantando atque laudando, & tu exaudias voces illius de cælo sancto tuo, & de sede maiestatis tuæ: propitiusque sis omnibus ad te clamantibus quos redemisti precio sanguinis tui. Qui cum deo patre & spiritu sancto viuis & regnas deus. Per omnia secula seculorum. Amen.


Postea aspergantur aqua benedicta, & post accendantur candelę, & interim cantetur antiphona.



LVmen ad reuelationem gentium: & gloriam



plebis tuæ Israël. ℣sus. Nunc dimittis seruum tuum



domine. Euouae. Lumen. ℣sus. Quia viderunt ocu-



li. Lumen. ℣sus. Quod parasti. Lumen ad reuela.



Versus. Gloria patri. Lumen. Sicut erat. Lumen.

Hoc finito dicuntur orationes sequentes. Oratio.

DOmine deus pater omnipotens lumen indeficiens qui es conditor omnium, bene ✠ dic hoc lumen tuum à fidelibus in honore tui nominis portandum, quatenus à te sancti ✠ ficatum sit atque bene ✠ dictum: & vt lumine claritatis tuæ accendamur & illuminemur propitius concedere digneris: ac veluti igne quondam illuminasti Moysen famulum tuum, ita illumines corda nostra & sensus nostros, vt ad visionem claritatis æternæ peruenire mereamur. Per Christum. Oremus.

DOmine Iesu Christe qui hodierna die in nostræ carnis substantia inter homines apparens à parentibus in templo es præsentatus, quem Simeon venerabilis senex lumine spiritus sancti irradiatus agnouit, suscepit, & benedixit, præsta quæsumus: vt eiusdem spiritus sancti gratia illuminati atque edocti, te veraciter cognoscamus, & fideliter diligamus. Qui viuis & regnas cum deo patre in vnitate eiusdem Spiritus sancti Deus per omnia secula seculorum. Amen. Oremus.

QVæsumus omnipotens deus tua nos protectione custodi, & castimoniam mentibus nostris atque corporibus intercedente beata Maria propitiatus indulge: vt veniente sponso filio tuo vnigenito domino nostro accensis lampadibus nostris digno præstolemur occursu. Per eundem dominum nostrum Iesum Christum filium tuum qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus sancti Deus. Per omnia secula seculorum. Amen. Finitis orationibus si serenitas fuerit, processio circuit Ecclesiam.

Feria quarta in capite ieiunij dicuntur ante altare septem psalmi pœnitentiales cum litania prout notatur in psalterio.

rio Postea sequitur. Benedictio cinerum. Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus parce metuentibus, propitiare supplicibus, & mittere digneris sanctum angelum tuum de cęlis qui bene ✠ dicat & sancti ✠ ficet cineres istos, vt sint remedium salutare omnibus nomen tuum sanctum humiliter implorãtibus, ac semetipsos pro conscientia delictorum suorum accusantibus, atque ante conspectum diuinæ clementię tuę facinora sua deplorantibus & serenissimam pietatem tuam suppliciter obnixeq́ue flagitantibus: præsta quæsumus per inuocationem sanctissimi nominis tui: vt quicunque eos super se asperserint, pro suorum redemptione peccatorum corporis sanitatem, & animæ tutelam percipiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Alia Oratio. Oremus.

DEus qui non mortem sed pœnitẽtiam desideras peccatorum, fragilitatem humanæ conditionis benignissime respice & hos cineres quos causa præferendę humilitatis atque promerendæ veniæ capitibus nostris imponi decernimus, bene ✠ dicere & sanctificare ✠ digneris: vt qui nos puluerẽ esse & ob prauitatis nostrę meritum in puluerẽ reuersuros cognoscimus, peccatorum omnium veniam & pręmia pœnitentibus repromissa misericorditer cõsequi mereamur. Per Christum dominum nostrum. Amen. Deinde sacerdos ponat cineres super verticem capitis singulorum in modum crucis dicendo sic. Memento homo quia cinis es, & in cinerem reuerteris: & quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et dum sumuntur cineres cantatur à choro hæc sequens Antiphona.

Exaudi

EXaudi nos domine quoniam benigna est misericor di a tu a, secundum multitu dinem miseratio num tu a rum re spi ce nos do mi ne. Psal. Saluum me fac deus, quoniam intrauerunt aquę: vsque ad animam meam. Euouae.

Repetitur Antiphona. Exaudi. Gloria patri. Sicut erat. Exaudi. Hoc finito fit processio.

Dominica in ramispalmarum. Benedictio palmarum. fine. Dominus vobiscum. Oremus.

DEus cuius filius pro salute generis humani de cælo descendit ad terras: & appropinquante hora passionis suę Hierosolymam in asino venire & à turbis rex appellari ac laudari voluit, bene ✠ dicere dignare hos palma-

rum cęterarumque frondium ramos: vt omnes qui eos laturi sunt, ita benedictionis tuæ dono repleantur, quatenus & in hoc seculo hostis antiqui tentamenta superare, & in futuro cum palma victoriæ, & fructu bonorum operum tibi valeant apparere. Per eundem Christum dominum.

Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus, flos mundi, odor suauitatis & origo nascentium, qui omnia legis & prophetarum oracula in Filij tui Domini nostri Iesu Christi humilitate declarasti: cui etiam venienti Hierosolymam deuotam sibi cum ramispalmarum ac mysticis laudibus hodierna die obuiam fecisti turbam procedere: respice propitius ad debitam tibi populi seruitutem, & huius creaturę nouitatem tua virtute sancti ✠ fica: vt sicut tunc prioris populi gratus tibi extitit huius deuotionis affectus, ita nos quoque in veritate confessionis nominis eius hæc eadem per reuoluta tempora frequentantes, purificatis sensibus dignum tibi referamus obsequium: vt veluti florum varietate pijs vernantes studijs, sarcina carnis deposita, cum odore bonorum operum in cęlesti Hierusalem eidem filio tuo domino nostro valeamus occurrere. Qui tecum.

Alia Oratio. Oremus.

DEus qui dispersa congregas, & congregata conseruas: qui populis obuiam Iesu ramos portantibus benedixisti, bene ✠ dic etiam horum fidelium turbam in honore tui nominis congregatam: vt omni aduersitate effugata, tua protegatur dextera, & cælestium donorum palma glorietur victorifera. Per eundem Christum Dominum nostrum Amen.

Tunc

Tunc palmæ asperguntur aqua benedicta & thurificantur, & post dantur populo circunstanti. Et dum iactantur Cantor incipit antiphonam.

PVe ri Hebrę o rum tollentes ramos oliua-

rum obu iauerunt domino clamantes & dicentes

osanna in excelsis. Alia aña. Pueri Hebreorum vesti-

menta prosternebant in via & clamabant dicentes,

osan na filio Dauid, benedictus qui venit in nomine

domini. Alia aña. Osanna filio Dauid benedictus qui



Feria quinta in cœna Domini fit reconciliatio seu absolutio pœnitentium. omnibus prostratis ante altare incipitur Antiphona Cor mundum. postea dicuntur septem psalmi pœnitentiales, scilicet, Dominē ne in furore tuo. cum alijs. sine Gloria patri. quibus dictis dicitur tota Antiphona. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Postea dicitur litania consueta vt in psalterio, sed in fine litanię dicuntur istę preces. Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster. Et nē nos. Preces. Saluos fac seruos tuos & ancillas tuas, Deus meus sperantes in te. Conuertere domine vsquequo? Et deprecabilis esto super seruos tuos. Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum sperauimus in te. Mittat nobis Dominus auxilium de sancto. Et de Sion tueatur nos. Illustra faciem tuam super seruos tuos & ancillas tuas. Saluos fac eos in misericordia tua domine, non confundantur quoniam inuocauerunt te. Domine vide humilitatem nostram & laborem nostrū. Et dimitte omnia delicta nostra. Exaudi nos domine quoniam benigna est misericordia tua. Secundum multitudinem miserationum tuarum respice in nos. Ne memineris domine iniquitatū nostrarum antiquarum. Cito anticipent nos misericordiæ tuæ, quia paupere facti sumus nimis. Adiuua nos Deus salutaris noster. Et propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

 Domi-

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Non dicitur Dominus vobiſcum. ſed dicitur,

Oremus.

ADeſto domine ſupplicationibus noſtris, & me qui etiam miſericordia tua primus indigeo, clementer exaudi: & mihi (quem non electione meriti, ſed dono gratiæ tuæ conſtituiſti operis huius miniſtrum) da fiduciam tui muneris gratiam exequendi, & ipſe in noſtro miniſterio quod tuæ pietatis eſt, operare: parce confeſſis, ignoſce noſtris omiſſis, ſit in nobis non tantum confeſſio oris ſed & doloris: non excuſatio criminum, ſed lamentatio peccatorum: & quoniam me eadem quę eos catena peccati conſtringit, non obſit eis oratio ſubiugata peccatis: per me eorum offertur votum, ſed per te meum in abſolutione eorum & mea complaceat officium: ſuſcipe votorum noſtrorum precamina, vt quicquid in ſubditos correctionis verbo vel miniſterio impartimur: non ad diſcordiam noſtri, ſed ad perpetuum dulcedinis gaudium & nobis & illis profeciſſe lętemur. Per Chriſtum dominum.

Alia Oratio. Oremus.

DEus infinitę miſericordię veritatiſque immenſę, propitiare iniquitatibus noſtris, & omnibus animarum noſtrarum medere languoribus: vt miſerationum tuarum remiſſione percepta, in tua ſemper benedictione lætemur. Per Chriſtum dominum.

Alia Oratio. Oremus.

DEus ſub cuius oculis omne cor trepidat, omneſque conſcientiæ contremiſcunt, propitiare omnium gemitibus, vt ſicut nemo noſtrum liber eſt à culpa: ita nemo ſit alienus à venia. Per Chriſtũ dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio. Oremus.

PRæſta quæſumus Domine his famulis tuis dignum pœnitentiæ fructum, vt Eccleſiæ tuæ ſanctę reconciliati, à cuius integritate deuiarant peccando: omiſſorum reddantur innoxij veniam conſequendo. Per Chriſtum dominum noſtrum. Amen.

Alia oratio. Oremus.

DEus humani generis benigniſſime conditor & miſericordiſſime reformator: qui hominem inuidia diaboli ab æternitate deiectum, vnici filij tui ſanguine redemiſti: viuifica hos famulos tuos quos tibi nullatenus mori deſideras: & qui non derelinquis deuios, aſſume correctos: moueant pietatem tuam quęſumus domine horum famulorum tuorum lacrymoſa ſuſpiria, tu eorum medere languoribus, tu iacentibus manum porrige ſalutarem, ne Eccleſia tua aliqua ſui corporis portione vaſtetur, ne grex tuus detrimentum patiatur, ne de familiæ tuæ damno inimicus exultet, ne renatos lauacro ſalutari, mors ſecunda poſſideat. Tibi ergo domine ſupplices preces offerrimus, tibi fletum cordis effundimus: tu parce confitētibus, vt ſic in hac mortalitate peccata ſua te adiuuante defleant, quatenus in tremendi iudicij die ſententiam damnationis ęternę euadant, & neſciant quod terret in tenebris, quod ſtridet in flammis, atque ab erroris via ad iter reuerſi iuſtitię, nequaquam vltra nouis vulneribus ſaucientur: ſed integrum ſit eis atque perpetuum, & quod gratia tua contulit, & quod miſericordia reformauit. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum. Amen Poſtea ſequitur confeſſio generalis, ſcilicet. Confiteor Deo. Sed prius dicitur Verſus. Confitemini domino quoniam bonus. Reſponſorium. Quoniam in ſæculum miſeri-

misericordia eius. Deinde sequitur absolutio. Sacerdos autem versus populum dicat. Oremus.

OMnipotens Dominus qui beato Petro Apostolo suo cæterisque discipulis suis licentiam dedit ligandi atque soluendi: ipse vos absoluat ab omnibus peccatis vestris quęcunque cogitando, consentiendo, loquendo, operãdo, negligendo egistis: & quantum nostræ fragilitati permittitur, sitis absoluti ante tribunal Domini nostri Iesu Christi, habeatisque vitam ęternam & viuatis in secula seculorum. Responsorium. Amen. Alia oratio. Oremus.

OMnipotens sempiterne Deus confitentibus tibi his famulis & famulabus tuis pro tua pietate peccata relaxa: vt non plus eis noceat conscientiæ reatus ad pœnam quàm indulgentia tuæ pietatis prosit ad veniam. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Sabbato sancto Paschæ hora meridiana benedictio noui ignis.

DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus: in nomine tuo & filij tui Iesu Christi Domini nostri & Spiritus sancti bene ✠ dicimus hunc ignem cum cereo & omnibus alimonijs eius, sancti ✠ ficamus & signo crucis Christi Iesu Filij Dei viui altissimi si ✠ gnamus, vt si intus vel foris incendatur aliquis ignis nociuus in domibus siue in cæteris locis quæ ad vsus hominum sunt necessaria, hic ignis sancti ✠ ficatus calescat & coquat siue illuminet: & quæ ex hoc igne fuerint conflata siue calefacta: sint benedicta & omni humanę saluti vtilia: vt non cum Nadab & Abiu ignem offerentibus alienum incendamur: sed cum Aaron pontifice & eius filio Eleazaro & Ithamar hostias pacificas tuo Spiritus sancti igne assatas immolare valeamus,

leamus, & semper tui spiritus igne vitia nostra exure, cordaque scientiæ tuę claritate illumina, & animas nostras calore fidei clarifica. Per eundem Christum dominum nostrum: Amen.

Alia Oratio.


DOmine sancte Pater omnipotens æterne Deus, lumen indeficiens, conditor omnium luminum, exaudi nos famulos tuos, & bene ✠ dic hoc lumen quod à te sanctificatum atque bene ✠ dictum est, qui illuminasti omnem mundum: vt ab eo lumine, accendamur & illuminemur igne claritatis tuę: vt sicut igne illuminasti Moysen: ita illumines corda & sensus nostros: vt ad vitam ęternam peruenire mereamur. Per Christum.

Benedictio incensi. Oremus.

VEniat quæsumus omnipotens deus super hoc incensum larga tuę benedictionis infusio, & hunc nocturnum splendorem inuisibilis regnator incende: vt non solum sacrificium quod in hac nocte litatum est, arcana tui luminis admixtione refulgeat, sed quocunque loco ex huius sancti ✠ ficationis aliquid fuerit mysterio deportatum: expulsa diabolicæ fraudis nequitia, virtus tuę maiestatis assistat. Per Christum dominum nostrum. Amen.

Dum fit benedictio ignis, extinguuntur omnia luminaria in Eccleſia. Deinde ſequitur benedictio cerei.





Xultet iam angelica turba cęlo-



rum, exultent diuina myſte ria,



& pro tanti regis victo ria tuba intonet ſaluta ris.



Gaudeat ſe tellus tantis irradia ta fulgo ribus,




& ęterni regis ſplendore illuſtra ta, totius or-



bis ſe ſentiat amiſiſſe cali ginem.



Lętetur & mater ecclesia tanti luminis adornata fulgo-



ribus, & magnis populorum vocibus hęc aula resul tet.



Quapropter astantes vos fratres charis simi



ad tam miram huius luminis claritatem vna mecum



quæso dei omnipotentis misericordiam inuocate, vt



qui me non meis meritis intra Leuitarum numerum




dignatus est aggrega re, luminis sui gratiam infun-

dendo.



den do cerei huius laudem implere perfi ciat.




Per dominum nostrum Iesum Christum filium suum




qui cum illo viuit & regnat deus in vnitate spiritus



san cti. Per omnia secula seculorum. Amen.



Dominus vobiscum. Et cum spiri tu tuo.




Sursum corda. Habemus ad dominum. Gratias



agamus domino deo nostro. Dignum & iustum est.



Verè quia dignum & iustum est inuisibilem deum



omnipotentem patrem filiumque eius vnigenitum




dominum nostrum Iesum Christum toto cordis ac




mentis affectu & vocis ministerio persona re. Qui



pro nobis ęterno patri Adæ debitum soluit, & ve-



teris piaculi cautionem pio cruore deter sit.




Hęc sunt enim festa paschaliũ gaudiorum, in quibus verus


ille



ille agnus occiditur, eiuſq; ſanguine poſtes conſecrantur



Hæc nox eſt,in qua primum patres noſtros filios Iſraël



eductos de Ægypto rubrum mare ſicco veſtigio



tranſire feci ſti. Hæc igitur nox eſt, quæ peccato-



rum tenebras columnæ illuminatio ne purgauit.



Hęc nox eſt,quę hodie per vniuerſum mundum



in Chriſtum credentes à vitijs ſeculi ſegregatos & ca-



ligine peccatorum, red dit gratiæ, ſociat ſanctita ti.



Hæc nox eſt, in qua deſtructis vinculis mortis,



Chriſtus ab inferis victor aſcendit. Nihil enim no-




bis naſci profuit, niſi redimi profuiſ ſet.



O mira cir ca nos tuæ pietatis dignatio. O ineſtima-



bilis dilectio charitatis, vt ſeruum redimeres filium



tradidi ſti. O certè neceſſarium Adæ peccatum,


quod




quod Christi morte deletum est. O fœlix culpa, quæ



talem ac tantum meruit habere redemptorem.



O verè be a ta nox, quæ sola meruit scire tempus



& horam in qua Christus ab inferis resurre xit.



Hęc nox est, de qua scriptum est, & nox vt dies



illuminabitur, & nox illuminatio mea in delicijs meis.



Huius igitur sanctificatio noctis fugat scelera, cul pas

lauat,



lauat, & reddit innocentiam lapſis & mœſtis lętitiam



Fu gat odia, concordiam parat, & curuat impe ria.




In huius igitur noctis gratia.

Hic ponatur thus in cereum in mo. cru.



Suſcipe ſancte pater incenſi huius ſacrificium veſper-



tinum, quod tibi in hac cerei oblatione ſolenni, per



miniſtrorum manus de operibus apum ſacroſancta



reddit Eccleſia. Sed iam columnæ huius præconia

nouimus



nouimus quam in honorem Dei.

Hic accendatur cereus.



rutilans ignis accendit. Qui licet ſit diuiſus in



partes, mutuati tamen luminis detrimenta non nouit.



Alitur liquentibus ceris quas in ſubſtantiam pre.



cio ſæ. huius lampadis apis ma ter eduxit.




O verè beata nox, quę expoliauit Ægyptios, ditauit Hebręos.




Nox in qua terrenis cæleſtia, humanis diuina iunguntur.



Oramus te domine, vt cereus iste in honorem tui no-



minis consecratus, ad huius noctis caliginem de-




struendam indeficiens perseueret. Et in odorem sua-



uitatis acceptus, supernis luminaribus misceatur.



Flammas eius lucifer matutinus inue niat. Ille inquam



lucifer, qui nescit occa sum. Ille qui regressus ab in-



feris, humano generi serenus illuxit. Precamur ergo


te do-



te domine, vt nos famulos tuos, omnemque clerum



& deuotissimum populum, vna cum beatissimo




papa nostro, Quiete temporum concessa in his pa-




schalibus gaudijs conseruare digneris.



Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum




qui tecum viuit & regnat in vnitate spiritus san-



cti. Per omnia secula seculo rum. Amen.

Post benedictionem cerei leguntur lectiones solennes sine titulo: quibus actis fontes benedicuntur. Et sequitur prima Litania in choro.



Kyrie eleison. Christe audi nos.



Sancta Maria Mater Domini, ora pro nobis.



Sancte Michaël, ora pro nobis.




Sancte Ioannes Baptista domini, ora pro nobis.



Sancte Petre, ora pro nobis.

Sancte Paule. ora pro nobis.
Sancte Stephane. ora pro nobis.
Sancte Augustine. ora pro nobis.
Omnes sancti Martyres. orate pro nobis.

Christe



CHriste eleison. Sancta dei genitrix ora pro nobis.
Hic pergit processio ad fontes.



Sancte Gabriel. ora pro nobis. Sancte Andrea. ora pro.
Sancte Laurenti. ora pro nobis.
Sancte Remigi. ora pro nobis.
Omnes sancti. orate pro nobis. Expleta litania supradicta: benedicuntur fontes. Et dicat sacerdos sine cantu
Dominus vobiscum. Oremus. Oratio.

OMnipotens sempiterne Deus adesto magnæ pietatis tuæ mysterijs, adesto sacramentis: & ad recreandos nouos populos, quos tibi fons baptismatis parturit, spiritum adoptionis emitte: vt quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus.



PEr omnia secula seculorum. Amen.



Dominus vobiscum. cho. Et cum spiritu tuo. Sursum


 corda.




corda. cho. Habemus ad dominum. Gratias agamus




domino deo nostro. Dignum & iustum est.



Verè dignum & iustum est æquum & saluta re.




Nos tibi semper & vbique gratias agere, domine sancte



pater omnipotens ęterne deus: Qui inuisibili potentia



sacramentorum tuorum mirabiliter operaris effectum. Et



licet nos tantis mysterijs exequendis simus in di-
gni:

gni: tu tamen gratiæ tuæ dona non deserens: etiam

ad nostras preces aures tuæ pieta tis incli nes.

Deus cuius spiritus super aquas inter ipsa mundi pri-

mordia ferebatur, vt iam tunc virtutem sanctifi-

cationis, aquarum natu ra conci peret.

Deus qui nocentis mundi crimina per aquas abluens

regenerationis speciem in ipsa diluuij effusione

signasti,



ſignaſti, vt vnius eiuſdemq́ue elementi myſterio,




& finis eſſet vitijs & ori go virtu tibus.



Reſpice domine in faciem Eccleſię tuæ, & multiplica



in ea regenerationes tuas: qui gratiæ tuæ affluentis



impetu lętificas ciuitatem tuam, fontemq́ue baptiſ-



matis aperis, toto orbe terrarum gentibus innouan-



dis: vt tuæ maieſtatis imperio, ſumat vnigeniti tui

gratiam

gratiam de ſpi ritu ſancto.

Hic tangat vel diuidat aquam ter in modum crucis.

Qui hanc aquam regenerandis hominibus præparatam

arcana ſui luminis admixtione fœcundet: vt ſanctifica-

tione concepta ab immaculato diuini fontis vtero in

nouam renata creaturam, progenies cęle ſtis emergat.

Et quos aut ſexus in corpore, aut ætas diſc ernit in tem-

pore, omnes in vnam pariat gratia ma ter infan tiam.



Procul ergo hinc iubente te domine omnis spiritus im-




mundus abscedat, procul tota nequitia diabolicæ fraudis



absistat. Nihil hic loci habeat contrariæ virtutis ad-




mixtio: non insidiando circumuolet: non latendo sur-



ripiat, non in ficiendo corrumpat.

Eleuet aquam aliquantulum cum manu.



Sit hæc sancta & innocens creatura, libe-



ra ab omni impugnatoris incursu, & totius nequitiæ

purga-

purga ta discessu. Sit fons viuus, aqua regenerans,

vnda puri ficans. Vt omnes hoc lauacro salutifero di-

luendi, operante in eis spiritu sancto, perfectę purgatio-

nis indulgentiam consequantur. Vnde benedico te crea-


tura aquę per de✠um viuum, per de✠um san-

ctum, per de✠um verum, qui te in principio, verbo

separauit ab arida: cuius spiritus super te ferebatur in



mundi creatione, qui te de paradiso manare, & in



quatuor fluminibus totam terram rigare præcepit.



Sacer. ter effundat aquã extra fon. in iiij partes in mod. ✠ Qui te in deserto amaram suauitate




indita fecit esse potabilem: & sitienti populo de pe-



tra produxit. Benedico ✠ te & per Iesum Christũ filium



eius vnicum dominum nostrum, qui te in Cana Galilęę



signo admirabili sua potentia conuer- tit in vinum.

Hic ponatur semel de vino faciendo crucem.



Qui pedibus super te ambulauit, & à Ioanne in Iordane



in te baptizatus est. Qui te vna cum sanguine de latere



suo produxit: & discipulis suis iussit vt credentes bapti-



zarentur in te dicens, ite docete omnes gẽtes baptizantes



eos in nomine patris & filij & spi ritus sancti. ch. Amen.

Hic mutet vocem quasi lect. legens. Et debet aspirare ter in fontem per modum crucis prout infra videbitur. Hæc nobis domine præcepta seruantibus, tu deus omnipotens quęsumus clemens adesto, tu benignus aspi ✠ ra. Hic debet fieri prima aspiratio. Tu has simplices aquas tuo ore bene ✠ dicito. Hic faciat ore suo secundam aspirationem. vt pręter naturalem emũdationem, quam lauandis possunt

adhibere corporibus: ſint etiam purificandis mentibus efficaces. Hic fit in fonte tertia aſpiratio. Per dominum.
Hic deſcendat cereum in aquam, cantando ter, alta voce.



Deſcendat in hanc plenitudinem fontis virtus ſpiritus tui.


Poſtea faciat ter cru. guttis cerei per modum crucis. Facta autem cruce guttis cerei ſufflet ter in aquam in modum huius ſigni. Quo facto dicat alta voce.




Totamque huius aquæ ſubſtantiam regenerandi fœ-



cundet effectu. Hic omnium peccatorum maculæ



deleantur, hic natura ad imaginem tuam condita: &



ad honorem ſui reformata principij: cunctis vetu-
ſtatis



ſtatis ſqualoribus emundetur, vt omnis homo hoc ſacra-



mentum regenerationis ingreſſus, in veræ innocentiæ



nouam infantiam renaſcatur. Per dominum noſtrum



Ieſum Chriſtum filium tuum, qui venturus eſt iudicare



viuos & mortuos & ſeculum per ignem. ch. Amen.


Antequam ſacerdos mittat chriſma in fonte, dicat populo verbis gallicis. De l'authorité de noſtre mere ſaincte Egliſe & de noſtre Sainct Pere le Pape. En eſpecial de par Reuerend Pere en Dieu Monſeigneur l'Eueſque d'Arras. Ie vous defens ſur peine d'excommuniment que nulz ne nulles n'emportent de ceſte eaüe pour en vſer autrement qu'il ne appartient, & non point es choſes contre la Foy, mais en toutes choſes honneſtes & licites, & pour ſub-

uenit à Baptesme se besoing est & non en autres choses, & la gardez en vaisseau net comme il appartient, & par ainsi chascun se garde de mesprendre.

Postea aspergat populum. Et deinde mittat ter per modum crucis de chrismate tantum in fontem, dicens ter In nomine sanctę Trinitatis sanctificetur ✠ & fœcundetur fons iste ex eo renascentibus, in vitam ęternam. Amen. dicitur lita. cho. reuertente.



Kyrie eleison. Christe audi nos. Sancta virgo virginum



ora pro nobis. Sancte Raphael. ora pro nobis. Sancte




Ioannes Euangelista. ora pro no. Omnes sancti. orare pro.



Propitius esto: parce nobis domine. Propitius esto: exaudi nos domine. A peccatis nostris. Libera nos domine. A nostris & ab alienis Libera nos domine. Ab ira tua. Li. A morte perpetua. Libera nos domi. Ab omni malo. Libe. Per crucem & passionem tuam. Libera nos domine. Per sepul-

ſepulcrum tuum. Libera nos domine. Iſti tres verſus qui ſequuntur non dicuntur hic, ſed in vigil. Penteco. ſcilicet.
Per glorioſam reſurrectionem tuam. Libera nos domine.
Per admirabilem aſcenſionem tuam. Libera nos domine.
Per aduentum & gratiam ſancti Spiritus paracleti. Libera nos domine. Iſte dicitur & hoc quod ſequitur In die iudicij. Libera nos domine.



Peccatores. Te rogamus audi nos. Vt pacem & con-



cordiam nobis dones. Te rogamus audi nos.
Vt Eccleſiam tuam ſemper ſublimare & defendere digneris. Te rogamus. Vt domnum apoſtolicum & omnes gradus Eccleſiaſticos in ſancta religione conſeruare digneris. Te rogamus. Vt pontificem noſtrum conſeruare & confortare digneris. Te rogamus. Vt clerum & plebem illi commiſſam in ſancta religione conſeruare digneris. Te rogamus. Vt cunctum populum Chriſtianum precioſiſſimo ſanguine tuo redemptum conſeruare digneris. Te rogamus. Vt catechumenos noſtros ad gratiam baptiſmi tui perducere digneris. Te rogamus. Vt in his paſchalibus gaudijs exaudire & lætificare digneris. Te rogamus audi nos.



Fili Dei: Te rogamus audi nos. dicitur ter. Agnus



Dei qui tollis peccata mundi : parce nobis domine.



Agnus Dei qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi : dona nobis pacem.



Christe audi nos. iij. Kyrie e le i son.

In festo SS. Iacobi & Christophori benedictio pomorum.

Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo. Oremus.

BEnedic Domine hunc fructum nouum arborum per inuocationem sanctissimi nominis tui, vt qui vtentur eo, sint sanctificati. Per Christum.

Alia Oratio. Oremus.

TE deprecamur omnipotens Deus per interuentum beati Christophori martyris tui cuius memoriam agimus: vt bene ✠ dicas hũc fructum nouum promorum, vt qui interdictæ arboris esu letalis pomi, in protoparente iusti funeris sententia mulctati sumus: per illustrationem vnici filij tui Redemptoris ac domini nostri Iesu Christi, & per sancti Spiritus benedictionem sanctificati omnes atque benedicti: depulsis atque abiectis vetusti hostis atque primi facinoris inuentoris insidijs, salubriter in huius diei anni-

anniuersaria solennitate, ex diuersis terræ edendis germinibus sumamus. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti Deus. Per omnia, &c.

Benedictio panis. Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit cælum & terram. Sit nomen domini benedictum. Ex hoc nunc & vsque in seculum. Oremus.

BEnedic Domine creaturam istam panis sicut benedixisti quinque panes in deserto, vt omnes gustantes ex eo, accipiant tam corporis quam animæ sanitatem. Qui viuis & regnas cum Deo patre. &c. Deinde aspergatur aqua benedicta. Et pro muliere purificanda dicitur, vt manducans eum purgata à vitijs salutem consequatur mentis & corporis. Qui uiuis & regnas Deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Benedictio ad quæcunque volueris.

BEnedic Domine creaturam istam N. vel N. vt sit remedium salutare generi humano & præsta per inuocationem tui sancti nominis vt quicunque ex ea sumpserint vel gustauerint: corporis sanitatem & animæ tutelam accipiant, Per Dominum.

Manualis insignis Ecclesiæ & Diœcesis Atrebatensis.

FINIS.

INDEX EORVM QVAE CONTINENTVR IN MANVALI Atrebatensi.

ANTE CELEBRATIONEM.

ORATIO.



LEMENTISSIME generis humani pontifex & patrone, Iesu fili dei, verbum, ac ſplendor patris: Ecce miſer ego peccator venio ad imperueſtigabile myſteriũ & ſacramentum immenſæ caritatis tuæ, memoraturus illud ſempiternę redemptionis teſtamentum & ſacrificium tuum, corpusq́ue & ſanguinem tuum conſecraturus, & participaturus. Excita itaque benigniſſime Ieſu torpentem animum meum, & apta cor meum ad appetendas & guſtandas delicias ſacramenti huius, vt te qui es panis vitæ non ad perniciem, ſed ad ſalutem ſumere queam. Primùm quidem in hoc diuino penetrali altiſſimi myſterij, Dei patris erga nos ſumma benignitas proponitur admiranda, qui te vnicum ac ſempiternum filium tradidit nobis vt eſſes victima, & ſacrificium pro peccatis noſtris, qui te conſtituit maledictum vt nos à legis maledicto redimeres: quique in te (ô agne immaculate) totius mundi peccatum contulit in carne tua puriſſima acerbiſſimè flagellandum, damnandum, ac iudicandum. Concede igitur mihi in hoc ſublimi ſacramento tractando, vt eidẽ Deo patri per te ex animo gratias agam. Nam & Eccleſia ſponſa tua hoc tuum ſacramentum euchariſtiam, id eſt, gratiarum actionem appellat, nempè ſignificans nos in eo conficiendo & ſumendo debere in primis patris miſericordiarum benignitatem, caritatem

atque largitatem agnoſcere & admirari, ac eidem gratias agere, qui te nobis, pro ſceleribus noſtris interficiendum, amoris vehementia, optimum ſalutis noſtræ pretium liberaliter donauit. Fac igitur benigniſſime Ieſu, vt eidem patri gratum per te laudis ſacrificium offeram. Tu quoque redemptor animarum noſtrarum hoc ſacramentum moriturus in eam rem inſtituiſti, vt perpetua teſtamenti ac ſacrificij tui memoria animis noſtris inſideret, vti certè dignum eſt nunquam nos tantum caritatis tuæ beneficium obliuiſci: ſed humilitas animi mei eo non pertingit, vt arcanum illud teſtamenti penetrare poſſim, niſi eum lumine ſpiritus tui clementer illuſtraueris. Siquidem animalis homo non percipit quæ Dei ſunt: Erige igitur gratia tua tarditatem meam, vt animo comprehendere poſſim huius immẽſi myſterij diuitias. Calix ſanguinis tui nobis datus; ſigillum eſt huius ſempiterni teſtamenti tui: quoniam illud ipſum ſanguine tuo confirmaſti, Illud, inquam, teſtamentum; quo patris promiſſiones nobis exhibuiſti, cęleſtes theſauros in nos transfudiſti, benedictionibus tuis nos ditaſti, hæredeſque ſempiterna firmitate voluntatis tuę nos tibi dixiſti. Calix iſte tuus quàm præclarus eſt bone Ieſu, in quo ille ipſe ſanguis exhibetur, quo tu conſcientias noſtras lauiſti, quo propitiatorium nobis in cœlo dedicaſti, quo inferni flammas reſtinxiſti, & æterna redemptione inuenta ſanctum illud ac ſalutiferum teſtamentum condidiſti, & inuiolabili pacto ſtabiliuiſti. Concede igitur mihi, ô Antiſtes ſalutis meæ, Chriſte: vt calicis tui participatione ad teſtamenti tui participationem aſſurgam, vt firma mihi ſit hæreditas in cælo repoſita, quam nunquam mihi tenebrarum poteſtates eripiant. Agnoſco etiam Domine Ieſu in hoc ſacramento,

cramento, sacrificij & supplicij tui monumentum, & credo me corpus illud tractaturum & sumpturum in quo Deus pater tuus ac noster, tuus natura, noster gratia, nostras omnium proiecit iniquitates: Illud scilicet corpus innoxium sanctum, immaculatum quod execrabile crucis tormentum nostra causa pertulit. O bone Iesu quanta fuit dilectio tua, quanta vis caritatis tuæ, qui te ipsum peccatis nostris onustum legis seueritati pro nobis obiecisti, & carnem tuam crucis contumeliæ, factus obediens vsque ad mortem pro sceleratis seruis obtulisti. Huius ergo tantæ caritatis tuæ sacramento, corporis ac sanguinis tui memoriam recolimus, vt cogitatione tanti beneficij cor nostrum amore tuo calescat. Te igitur obsecro, vt in hac dilectionis tuæ fornace cor meum quantumlibet durum & saxeum, liquescat: vt amore tui, desiderio tui, anima mea (ô sponse amabilis) semper æstuet, semper ardeat. Ecce venio munitus hac cogitatione corporis & sanguinis tui, sacrificium Deo patri oblaturus. Venio non fretus merito meo, sed inuitatus beneficio tuo: non elatus dignitate mea, quæ nulla est, sed confirmatus & incitatus gratia tua. Venio, inquam, optime Iesu, hostiam illam salutarem manibus meis elaturus, simulque sacrificium cordis mei oblaturus. Purga igitur illud vt sit mundum: incende illud caritate tua vt sit holocaustum: Tange illud vt sit contritum: circumcide illud vt sit sanctum & castum. Vulnera Dñe illud cor meum vulneribus tuis Inebria illud lacrymis tuis: confige illud spinis tuis: insignito illud cruce tua, vt modis omnibus configuratum morti tuę, sit ipsum per te gratum Deo Patri sacrificium. Sit igitur acceptum ministerium meum Domine quod exhibiturus venio, non tantum pro mea sed pro totius Ecclesiæ

tuę salute, quæ & ipsa corpus tuum est, ac idcirco cum corporis & sanguinis tui sacramento ipsa se offert, vt per te & propter te (qui es sacerdos & hostia) possit esse gratum Deo sacrificium in odorem suauitatis. Suscipiat igitur per te deus in ministerio meo sponsæ tuæ victimam, in qua tu es oblatio ac te offerendo offerat seipsam hostiam sanctam, viuentem, immaculatam. Tu verò benignissime Iesu auge mihi fidem, vt possim tanti sacramenti altitudinem contēplari. Cōfirma verbo tuo spem meam, vt in hoc mysterio apprehendam promissiones tuas: inflamma caritatem meam vt hoc dilectionis symbolū percepturus prębstare possim fratribus quod hoc ministerio profiteor. Ecce quicūque accedit ad corporis & sanguinis tui conuiuium, hoc ipso profitetur se membrum esse corporis tui, animatum spiritu tuo, vegetatum sanguine tuo, & caritate per te inspirata, iunctum cum reliquis membris tuis. Quòd si vel infidelitate diuulsus à corpore tuo, vel odio diuisus à fratre suo veniat vt canis ad sanctum tuum, vt porcus ad margaritas tuas, vt proditor ad epulas tuas: Quantum sibi seueritatis iudicium manducat? Quantam damnationem hoc detestabili mendacio sibi ipsi exsorbet? Quare, O mitissime Iesu, Effundo coram te viscera mea, aperio tibi cor meum, vt caritate tua illud imbuas, vt si qua in eo radix amarulentiæ, iræ, aut odij creuerit, illam penitus euellas, & efficias benignitate tua vt sanctè piè & fideliter hoc diuinissimum sacramētum (quod vinculum est dilectionis) adire, & participare possim: Per te Iesu Christe rex & sacerdos noster, Qui cum patre & spiritu sancto viuis & regnas per infinita secula. Amen.

POST

POST CELEBRATIONEM·

ORATIO.



DOMINE Iesu Christe verum animæ meæ pabulum & oblectamentum, ego mădato tuo corpus & sanguinem tuum ad vitæ æternæ participationem sumpsi, Fide credens te esse illud verum lignum vitæ quod est in medio paradisi, illumq; verum panem angelorum, in quo immortalitas mea, vita, fœlicitas, voluptas condita est, cuius panis suauitates non ore, sed corde, non carne, sed fide percipiuntur, & huius rei gratia, vt mihi famulo tuo, & membro tuo saperent epulæ tuæ, quantum per humanam imbecillitatem licuit, vt cunq̃ue paraui mentem, non ventrem. Sumpsi igitur carnem tuam verbum vitæ, hausi calicem sanguinis tui pretiosi, & perfudisti animum meum voluptatibus, sensit cor meum in hoc pane delicias paternę caritatis erga nos, sensit amorem tuum, sensit redemptionis tuæ beneficium, sanguisq̃ue ille tuus in viscera mea diffusus animum meum sensu consanguinitatis (quæ tibi mecum est) exhilarauit, gestiuit cor meum & exultauit calicis tui communione, & dixit, tu frater meus, tu sponsus meus, & cor meum es, sensit animus meus in calice tuo sanguinem tuum, non illum quidem mortuum sed animatum spiritu tuo, sensit in eo sanguinem redimentem, spiritum viuificantem, aquam mundantem: quoniam tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, sanguis & aqua. Gratias

igitur tibi ago Christe quod animum meum mensæ tuæ delitijs expleueris, atque te per nomen sanctum tuum obsecro vt huius cælestis alimenti fructus perpetuò visceribus meis hæreat. Tu Domine Iesu, per baptismum regenerationis nouum hominem in me excitasti, & creasti, qui pascitur non cibo qui in ventrem mittitur & in secessum abit, sed verbo Dei quod manet in æternum, Quod verbum Dei, id est, teipsum in carne tua, carnem tuam in sacramento tuo ad huius hominis alimoniam nobis indignis obtulisti. Quare te obsecro benignissime Iesu, vt hic panis tuus quem sumpsi hunc in me spiritualem hominem semper delectet, vt sepultis omnibus alijs voluptatibus, in solis mensæ tuæ delicijs acquiescens augeatur, vt in plenitudinem ætatis tuæ id est, in virum perfectum adolescere possit, confirmetur, & corroboretur vt bellum quod non tantum cum carne & sanguine sed cum potestatibus tenebrarum gerit; parta per te victoria, conficere possit. Hunc ego fructum mensæ tuę expeto Domine. Hic enim nouus homo reformatus ad imaginem tuam adhuc puer est. Vegeta igitur illum, adhuc tener est, confirma illum, adhuc æger est, robora illum, vt in fortitudine cibi tui perueniat ad montem sanctum tuum Oreb. Panis iste tuus, clementissime Iesu, est suauis, est gratus, est efficax, vt possit non ipse quidem mutari in me, sed meipsum mutare in se: non illum viscera mea in carnis meæ substãtiam transigere possunt: sed potes ipse in te (IESV) ita cor meum transformare, vt dici queam caro tua, sanguis tuus, viscera tua, cor tuum. Præsta igitur mihi (vnigenite Dei) vt hoc cælesti pane (quem sumpsi) auctus ego, ac vegetatus, efficiar caro de carne tua, osq́ue de ossibus tuis. Concede

vt sanguinis tui communicatio, spiritum tuum, in quo clamamus, abba, pater, infusum visceribus meis conseruet & foueat, per quem spiritum sanctis affectibus semper æstuet & ardeat animus meus hic. Hic est fructus calicis tui, bone Iesu, vt hausto sanguine tuo, hauriam etiam spiritum tuum, qui animum meum spiritualibus desiderijs incendat, & foculum caritatis tuæ aspiratione numinis sui in ara cordis mei perpetuum conseruet. Vt quemadmodum in terris dum ageres, tua omnia desideria eo pertinebant vt & patris gloria & salus humana propagaretur: ita iugulato concupiscentiæ monstro, nihil magis expectam, quàm Ecclesiæ tuæ (quæ corpus tuum est) fœlicem consummationem, ac nominis sancti tui laudem & gloriam. Qui cum Deo Patre & Spiritu sancto viuis & regnas per infinita sæcula. Amen.



FRANCOIS RICHARDOT

PAR LA GRACE DE DIEV EVESQVE *d'Arras, aux Pasteurs & Recteurs des Eglises Parrochiales de son Diocese, Salut.*



POVRCE que l'vne des bonnes parties des ministeres Ecclesiasticques consiste en la vraye & legitime distribution des Sacremens, lesquels ont estez establiz de par nostre Seigneur IESV-CHRIST, comme visibles enseignemens de ce que tous Chrestiens doybuent croire, & faire : Nous auons estimé, que l'vsage desdicts Sacremens pourroit estre au rude & ignorant populaire plus fructueux & vtile, si en la reception d'iceux, Ilz estoyent familierement informez de leur institution, efficace, & vray vsage. Ce que toutesfois ne se peut bonnement faire, n'est que les Recteurs & Pasteurs des Eglises en donnent quelque instruction audict populaire, & mesmement sur le reng, & à l'heure qu'ils administrent lesdicts Sacrements.

Lesquels au vray dire, sont moins honorez & goustez, quand ceux qui les reçoyuent ou voyent receuoir, sont du tout ignorans des causes, pour lesquelles ils ont estez mis sus. Et au contraire, quand les Chrestiens entendent ce qu'ils font, quand ils se presentent ausdicts Sacremens, il leur en reuient plus grand fruict, tant d'instruction, que de conuersation. Ce que Moyse preuoyant, ordonna aux Israëlites, que quand leurs enfans & posterieurs les interro-

gueroyent du pour quoy, touchant l'immolation de l'aigneau Paſchal; leur commanda d'entendre, retenir, & conſequamment declarer la cauſe pourquoy telle ceremonie ſeroit inſtituée. Ce que n'a pas auſſi teu noſtre Seigneur, quand il inſtitua le ſainct Sacrement de ſon corps, & de ſon ſang. Voulant que la celebration & communion s'en feit en memoire de luy, de ſa mort, de ſon teſtament, & de ſon ſacrifice. Et pourtant eſt-ce, que nous auons icy dreſſé quelques brefs & familiers enſeignemens, pour vous autres Paſteurs & Recteurs des troupeaux de ce Dioceſe, par leſquels vous pourrez en partie eſtre releuez de la paine que pourrez auoir à chercher ça & là, ce que conuiendroit que receuilliſſiez pour enſeigner le populaire. Et cõme nous ſçauons que la malignité des temps a faict que pluſieurs gens d'Egliſe n'ayent peu prendre des leur ieuneſſe telles nourritures aux lettres, qu'il ſeroit bien requis, pour deuëment ſatisfaire à la charge paſtorale: Nous auons à propos mis en auant, comme en maniere de formulaire, ce que nous auõs peu cognoiſtre par la lecture des Eſcritures, & des Saincts Docteurs de l'Egliſe, principalement ce que debuoit eſtre noté, & reduict en memoire en l'vſage deſdicts Sacremens: à fin que nulluy d'entre vous ſe puiſſe excuſer de n'auoir moyen facile de rendre bonne partie de ſon debuoir quant à ce poinct. Eſperant que le moins ſçauant de tous pourra ſans grand peine entendre tellement quellement la façon de bien & deuëment adminiſtrer leſdicts Sacremens de l'Egliſe. Parquoy nous n'auons peu faire moins, que de vous enhorter, de tenir ceſte reigle de declarer à voz Parrochiens, l'importance, l'vtilité, & le vray vſage de ces Sacremens, ſuyuant l'enſeignement & inſtruction que nous

vous en donnons presentement. Vous commandant & ordonnant bien expres, d'y rendre le debuoir tellement que toutes & quantes fois que vous administrez lesdicts saincts Sacremens, vous ne laissiez ceste partie tant necessaire, d'instruire, & informer les Chrestiens commis soubs vostre charge, de ce que trouuerez en ce petit traicté, selon le don que Dieu vous aura departy. Lequel ne sera point infructueux, se y procedez auec deuotion, reuerence, & vraye intelligence, ce que nous desirons grandement pour l'aduancement de l'honneur de Dieu, pour l'edification de son Eglise, & pour la descharge de voz consciences, & de la nostre: Prians Dieu par son Fils nostre Redempteur Iesus-Christ vous donner à tous force, & volonté de bien & deuëment accomplir le ministere, à quoy vous estes appellez, & de faire prouffiter le talent, qu'il vous a mis es mains.

VIVERE AC MORI.

LES ORDONNANCES FAICTES

PAR MESSIRE FRANÇOIS RICHARDOT Euesque d'Arras, aux Curez & Recteurs des Eglises Parrochiales de son Diocese, pour la deuë administration des saincts Sacremens de l'Eglise, & autres choses attouchantes leur office.

PREMIEREMENT.

1 Ledict Euesque ordonne, que desormais les Curez, quand ils font les commandemens, ayent à reciter à haute voix, distinctement l'Oraison Dominicale. Premierement en

en Latin, & puis en François en la teneur que s'ensuyt. Assauoir.

PATER *noster, qui es in Cælis,* 1. *Sanctificetur nomen tuum* 2. *Adueniat Regnum tuum,* 3. *Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra.* 4. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* 5. *Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* 6. *Et ne nos inducas in tentationem.* 7. *Sed libera nos à malo.* AMEN.

C'EST A DIRE.

NOSTRE Pere qui es és Cieux, 1. Ton nom soit sanctifié. 2. Ton Royaume aduienne. 3. Ta volonté soit faicte en la terre, ainsi comme au ciel. 4. Donne nous auiourd'huy nostre pain quotidien. 5. Et nous pardonne nos pechez, comme nous pardonnons à ceux qui nous ont offensez. 6. Et ne nous induis point en tentation, 7. Mais nous deliure du malin. AINSI SOIT IL.

AVE *Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui* IESVS. *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus.* AMEN.

C'EST A DIRE.

IE te salue Marie pleine de grace, le Seigneur est auec toy, tu es benoiste entre les femmes, & benoist est le fruict de ton ventre IESVS.

Saincte Marie mere de Dieu prie pour nous pauures pecheurs. AINSI SOIT IL.

APRES CE IL DIRA.

Oyez maintenant la Foy & Creance, que vous auez tous iurez sur les saincts Fons de Baptesme, assauoir le Symbole des Apostres.

CREDO *in Deum Patrem omnipotentem, Creatorem cæli & terræ,* 2. *Et in* IESVM CHRISTVM *Filium eius vnicum Dñm nostrum.* 3. *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine,* 4. *Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus. & sepultus.* 5. *Descendit ad inferna, tertia die resurrexit à mortuis.* 6. *Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.* 7. *Inde venturus est iudicare viuos & mortuos.* 8. *Credo in Spiritum Sanctum,* 9. *Sanctam Ecclesiam Catholicam, Sanctorum communionem* 10. *Remissionem peccatorum,* 11. *Carnis resurrectionem.* 12. *Vitam æternam.* AMEN.

C'EST A DIRE.

IE croy en Dieu le pere tout puissant, Createur du ciel & de la terre. 2. Et en IESVS-CHRIST son fils vnicque, nostre Seigneur. 3. Qui a esté conceu du S. Esprit, nay de la vierge Marie. 4. Qui a souffert soubs Ponce Pilate, a esté crucifié, mort, & enseuely. 5. A descendu aux enfers, le tiers iour est resuscité de mort a vie. 6. Et est monté es cieux, là ou il sied à la dextre de Dieu le Pere tout puissant. 7. De là viendra il iuger les vifs & les morts. 8. Ie croy au Sainct Esprit. 9. La Saincte Eglise Catholique, la communion des Saincts. 10. La remission des pechez. 11. La resurrection de la chair, 12. La vie eternelle. Ainsi soit il.

APRES CE IL PRONONCERA PAREILLEMENT LES DIX COMMANdemens *de la Loy, disant.*

Escoutez les Commandemens de Dieu, lesquels toutes personnes doybuent garder sans aucune dispense, sur peine d'offenser Dieu mortellement, & soubs obligation de damnation eternelle.

DICIT Deus: Ego sum Dominus Deus tuus: Non habebis Deos alienos. Non facies tibi sculptile, vt adores illud.

2. *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum.*

3. *Memento vt diem Sabbati sanctifices.*

4. *Honora patrem tuum & matrem tuam, vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.*

5. *Non occides.*

6. *Non mœchaberis.*

7. *Non furtum facies.*

8. *Non loquêris contra proximum tuum falsum testimonium.*

9. *Non concupisces vxorem proximi tui.*

10. *Non domum, non agrum, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec vniuersa quæ illius sunt.*

C'EST A DIRE.

DIEV dict: Ie suis le Seigneur ton Dieu, qui t'ay tiré hors d'Egypte: tu n'auras point de Dieu estrange en ma presence. Tu ne te feras Idole pour ladorer.

ij. Tu ne prendras point le nom du Seigneur ton Dieu en vain.

iij. Ayez souuenance du iour de repos pour le sanctifier.

iiij. Honore ton pere & ta mere, à fin que tu viues longuement sur la terre, que le Seigneur ton Dieu te donnera.

v. Tu ne tueras point, c'est à dire, tu ne feras point homicide.

vj. Tu ne commettras point adultere, cest à dire, tu ne paillarderas point.

vij. Tu ne desroberas point.

viij. Tu ne diras point faux tesmoignage contre ton prochain.

ix. Tu ne conuoicteras point la femme de ton prochain.
x. Ne sa maison, ne sa terre, ne son seruiteur, ne sa seruante, ne son bœuf, ne son asne, ne rien qui luy appartient.

CELA FAICT, LEDICT SIEVR ORDONNE AVSDICTS CVREZ ET Recteurs, qu'ils adioustent les Commandemens de l'Eglise, & les recitent à haute voix intelligiblement, comme dessus.

STatutos Ecclesiæ festos dies celebrato.
2. Sacrum Missæ officium diebus festis reuerenter audito.
3. Ieiunia certis diebus temporibusque indicta obseruato, vt in Quadragesima, Quatuor anni temporibus, & festorum quorumdam solennium pridianis diebus, quos maiores nostri, quòd ijsdem temporibus in templis peruigilaretur, Vigilias appellarunt.
4. Peccata tua Sacerdoti proprio annis singulis confitetor.
5. Sacro sanctam Eucharistiam, ad minimum semel in anno, idque circa festum Paschæ, sumito.

C'EST A DIRE.

GARDE les iours des festes ordonnées par l'Eglise.
ij. Escoute reueremment le sainct office de la Messe aux iours de Festes.
iij. Garde les ieunes commandées en certains iours, & en certains temps, comme en Caresme, & aux Quatretéps, & aux Vigiles de certaines Festes solennelles, lesquelles noz Ancestres, pour ce que lon veilloit esdictes nuicts es Eglises, ont appellé Veilles.
iiij Confesse tes pechez tous les ans à ton propre Curé.
v. Reçois le sainct Sacrement de l'Autel pour le moins

 vne

vne fois l'An, & ce enuiron la Feste de Pasques.

Apres ce faict, lesdicts Curez admonesteront soigneusement leurs peuples de garder lesdicts commandemens pour euiter l'ire de Dieu, & pour retourner en sa grace. Et quant & quant selon l'occasion qui se presentera, lesdictz Curez toucheront quelque mot de l'Epistre du iour, ou de l'Euangile, & tomberont selon que le propos se pourra donner sur la matiere des Sacremens, maintenant de l'vn, maintenant de l'autre, pour entretenir le peuple en la craincte de Dieu, reuerence de l'Eglise, & de sesdicts saincts Sacremens: à l'obeyssance des Magistrats & Superieurs tant Ecclesiastiques que Ciuils, rendans aux Princes, & aux Gouuerneurs, & Recteurs, ce qui leur est deu, gardant charité auec tout le monde, & viuans iustement auec bonne conscience.

Pareillement ordonne ledict Euesque que lesdicts Curez & Recteurs quand ils ministreront les saints Sacremens de l'Eglise, ils se preparent auec l'inuocation du sainct nom de Dieu, supplians leur vouloir faire ceste grace, de dignement & fructueusement conferer ses mysteres & Sacremens à la gloire de son sainct nom, à l'edification de son Eglise, & au salut de ceux qui les receuront. Et puis, qu'ilz y procedent reueremment, religieusement, & discretemēt: à fin que le peuple voyant le respect que les Prestres & Pasteurs porteront aux saincts Sacremens, s'acoustument de tant plus à les reuerer & honnorer.

Et pour ce qu'il importe beaucoup, que les populaires venans aux Sacremens, soyent aucunement informez de la dignité, institution, vsage, & efficace d'iceux: Ledit Euesque bien expressement ordonne, que toutes & quantes fois que

lesdicts

lesdicts Curez & Recteurs ministreront lesdits Sacremens, soit de Baptesme, Mariage, du corps de nostre Seigneur, de Penitence, & d'extreme Vnction, qu'ils ne faillent iamais à dire quelque chose aux assistans, & receuans, & penitens, de la vertu & institution du Sacrement lequel ils administreront selon leur portée, & capacité.

Et comme il sçait qu'il y en peut auoir d'aucuns entre lesdits Pasteurs & Curez, qui ne sont pas de telle erudition, qu'ils puissent d'eux mesmes satis-faire à tout ce que dessus; Il a pour ceste raison ordonné, par ses statuts Synodaux, qu'ils ayent vn petit liuret, soit en Latin, ou en François, nommé SVMMA DOCTRINÆ CHRISTIANÆ. par lequel liuret ils seront familierement instruits de tout ce qu'il conuiendra quant à ce que dessus. Et à fin toutesfois que lesdits Curez ne puissent pretendre aucune excuse de faire entierement tout ce que dict est, ledit Euesque a icy apres mis quelques Chrestiennes remonstrances touchant lesdicts Sacremens, lesquelles remonstrances & enseignemens lesdicts Curez pourront lire distinctement aux auditeurs. Et premierement du Baptesme.

SOMMAIRE DE CE QVE LES CVREZ AVRONT A DIRE AVX *assistans quand ilz baptiseront quelque enfant.*

QVAND les Curez auront donné le Baptesme à quelque enfant, & gardé les Ceremonies introduictes en nostre Mere saincte Eglise, ils enseigneront les Parrins & Marrinnes & assistans de la vertu, efficace, & vtilité de ce S. Sacrement, leur remonstrant que la substãce du baptesme consiste simplement en la parolle & en l'eaue, selon l'institution de nostre Seigneur Iesus Christ. Et quãt aux autres Cerimonies qui s'y font, elles ont esté institués par tradition de nostre Mere sainte Eglise, pour signifier de quelle vertu doibt estre ornée la vie du Chrestien. Mais principalement il leur exposera breuement les causes pourquoy nostre Seigneur IESVS-CHRIST a institué le Baptesme, qui sont: La purgation des pechez precedents, & notamment du peché originel, la regeneration & nouuelle naissance du Chrestien, la configuration de nostre vie auec la mort & resurrection de IESVS-CHRIST, c'est à dire, mortification de chair, & viuification de l'esprit. Et pourra dire le Pasteur en ceste sorte, qui s'ensuyt.

MES amys & freres Chrestiens, le sainct Sacrement de Baptesme, qui est la porte & entrée de nostre salut, à esté institué par nostre Redempteur IESVS-CHRIST, comme le lauement de noz ames. Tellement que tout ainsi que l'eau laue naturellement les macules

corporelles, ainsi la grace de IESVS-CHRIST, communiquée en ce sainct Baptesme, purge entierement la conscience de tous pechez precedens, & signamment du peché originel, comme en cest enfant icy à esté presentement faict. Lequel n'ayant encores actuellement transgressé, estoit toutesfois venu en ce monde souillé du peché de nostre premier pere, duquel il à esté presentement laué par ce sainct Sacrement, & rendu innocent & iuste deuant Dieu. Aussi faut il que vous notez, que ce S. Sacrement de Baptesme nous a apporté, & à ce petit enfant vne nouuelle naissance & regeneration, faicte interieuremẽt par la vertu du S. Esprit: tellement que là ou parauant il se pouuoit seulement appeller fils terrestre d'Adam, il se peut maintenant veritablement appeller fils celeste de Dieu, heritier de sa grace, & de ses dons, pour estre tousiours soubs la protection de Dieu, comme de son bon Pere eternel, & pour attendre de luy la felicité, qu'il a preparé à ses enfans. Ie dis aussi mes amys, que ce sainct Sacrement de Baptesme a esté ordonné par nostre Seigneur IESVS-CHRIST, à fin que par iceluy nous soyons transfigurez en luy, mortifiez en sa mort, & viuifiez en sa resurrection. Tellement par ce S. Sacrement tous Chrestiens font vne solennelle promesse à Dieu de mortifier & enseuelir auec IESVS CHRIST toutes les passions & affections de la chair & du monde, & de viure spirituellement, selon que l'esprit de Dieu meut & incite tous ses enfans. Et que plus est, par ce sainct Sacrement tous Chrestiens font vn solennel desaueu & renoncement de toutes les œuures du Diable, & de toutes choses iniustes. Et pourtant debuons nous tousiours auoir l'œil à ce sainct Sacrement, pour nous maintenir premierement

en

en ceste innocence qu'auons receu quand nous auons esté lauez du peché originel par iceluy. En apres debuons bien considerer, que puis que par le sainct Baptesme nous sommes regenerez enfans de Dieu, que nous mettons peine de garder la bien seance, & de viure comme il conuient aux enfans d'vn si grand pere, pour luy estre tousiours obeyssans, & pour dependre du tout de sa bonté, prouidence, & clemence. Car ou nous nous gouuernerions en nostre vie & conuersation non point comme bons, humbles, & o-obeyssans enfans de Dieu, mais plustost comme rebelles esclaues: que nous vauldroit auoir esté regenerez par le S. Baptesme? Doncques faut il que nous gardions ceste dignité de filiation & adoption, & que nous declairons par noz œuures, que vrayement nous sommes enfans de Dieu, resssemblans en façon de viure à IESVS CHRIST nostre Seigneur. Et puis que par ledict sainct Baptesme nous auons faict le principal vœu de la Religion Chrestienne, par lequel nous auons promis de viure en la Foy & Loy de l'Euangile, gardons nous d'estre fausaires & menteurs à Dieu: Ains mettons peine le mieux que pourrons, à garder nostre vœu & profession, & prions Dieu, que ce S. Sacrement soit vtile, prouffitable, & salutaire à nous tous, & à ceste petite creature, qui a esté presentemẽt regenerée. Et pourtant vous Parrins & Marrinnes aduertirez diligẽment les Pere & Mere de l'enfant de nostre part, cõme ministre de Dieu, qu'ils en tiennent le soing, & qu'à mesure qu'il croistra en aage qu'ils le facẽt enseigner en la foy & creãce, & aux saints commandemens de Dieu, & qu'ils le nourrissent des son enfance en la crainte de son S. Nom, à fin qu'ils en ayent louange plustost que reproche deuant Dieu & deuant les hommes.

CE QVE LES CVREZ DIRONT AVX PARTIES CONTRAHANTES ET

aux aßistans quand ils celebreront le S.Sacrement de Mariage, deuant que de commencer autre chose.

MEs Amys & Freres en nostre Seigneur IESVS-CHRIST, nous sommes icy presentement assemblez pour solenniser le S.Sacrement de Mariage entre N. & N. si auant qu'il ne suruienne, aucun empeschement, parquoy ledit Mariage ne se deust faire, comme iusques icy il ne nous a apparu qu'aucun y en ait. Toutesfois si aucun sçait chose desdits contrahans, parquoy ledit Mariage deust estre empesché, il le pourra dire maintenant pour la derniere fois.

Or faut il que nous notions, mes Amys, que ce S. Sacrement de Mariage a esté institué non point des hommes, mais de Dieu,pour la propagation du genre humain,comme vn lyen indissoluble: tellement que ceux qui rompent ceste saincte conionction, comme que ce soit, font tort & iniure non point aux hommes seulemẽt, mais à Dieu principalemẽt, qui a donné la premiere institution à ceste saincte & sacrée conionction de Mariage. Laquelle cõionction ne consiste pas seulement en ce, que le Mary & la femme n'ayent tous deux qu'vne mesme maison, qu'vn mesme biẽ,qu'vn mesme feu,& qu'vne mesme couche: mais qu'ils n'ayent ensemble qu'vn mesme cœur, qu'vne mesme volonté, & qu'ils soyent vn corps & vne chair. Car ce n'est pas assez pour dire, que le Mary & la Femme soyent par ensemble,qu'ils viuent d'vn mesme pain,& soubs vn mesme toyct: mais est requis aussi, qu'ils soyent liez ensemble d'v-

